Quinccos spasmos **Demoste**. est inquit per interualla paruisimi oculi raptus frequentatis summa celeritate. nos deniqz caninū raptum appellare poterimus. vnde z nomē cepit qb' iste motus necessario coicatur.

Quinomella z **qrosallon** fm **Dya**. vocat psillium ca. de phlio zc.

Quinqzneruia lanceolata plantago minor idem.

Quinquefolium **Dli**. nulli ignotum est cum etiā fraga gignendo comendetur. greci vocant petapetes siue camezeleon siue pentafilon. rubā hz radicem bec cuz inarescit nigrescit z angulosa sit herba incipit z desinit cum vite. eius radix spargamon vocatur zc. mirum dixit fraga gignere.

Quiquillima vocatur in cicilia qdam species graminis fm **Dya**. ca. de agrostis.

Quirinatum opos asa vt supra in op.

Quisumūsebum in regali dispositione **Alliabas** exponitur q est abrotanon sed ara. vocatur kaisuz z cetera.

Quitinos a grecis flores granatoruz. latini vero ca ducos vocant agrestium vero bulausion **Isido**.

Quitifos **Dya**. fructus ē albas virgas hns longiores cubito vno i qbus folia sut fenugreco filia aut lata sicut trifoliū sed paulo minora z i medio venam hntia q cum fricata digitis fuerit viscellum redolent sile cici viridi multi illā i orto seminant apes prouocantes zc. vide ne sit de qua **Virgilius** florentem citifum

Quitifum fm **Dya**. multi fungū de quo sit ypoqstidos vocāt ea. de ciseos z hoc forte pp similitudinem cum balauisia q sic vocatur.

Quitram pro kitram **Ste**. scripsit.

Littera est cadez apud arabes z apud grecos vt apud nos nā qd apud grecos est aspiratum in pncipio dictois vnde sp in grecis dictioibus rite cuz aspiratione scriberetur vt rhoda z rhetorica z familia.

R

Rabadac apud **Al**. ē piscis stupefaciens torpedo **Ra** **Ste**. pro reu alicubi scripsit.

Rakauto *Dya*. aspagus aspratilis q̄ multi racan-
to aur mion vocant.

Racheili oleum in pratica *Allia*. ca. de acc̄tib^o que
sequitur fe. videt^r rosaceum. sed nec nomē ara-
nec grecum est.

Radicula in antidotario vlim in potiōe ad scrophu-
las *Dli*. radícula inquit vocatur que lauandis
lanis succum habet mirum tantum cōferens cā-
dore mollitiaq; nascitur latiuā vbiq; z sponte p̄-
cipue in alia siriāq; sarolis locis z asp̄is caule se-
rulaceo tenui z ip̄o cibus indigenarū expectitoz
vnguentis. z quicquid sit cum decc quat^r folio
olee sunt it̄m greci vocāt. floret estate grata aspe-
ctu. verum sine odore spinosa z caule lanugino-
so semen ei nullum. radix magna que condit̄ ad
quem dictum est vs̄um zc̄. hec est condit̄ supra.
in condes z infra instructio.

Radiosum quidam polipodium vocant liber anti-
quus de simplici medicina

Radius vocatur instrumentum chirurgicorum sil^o
tenta z id quo medicine in oculis ponūtur.

Radix simpliciter pro rafano domestico accipitur.
sic romani hodie sic greci etiam vocant. nam ri-
za grece radix si sine adiuncto inuenitur pro ra-
fano domestico accipiunt interdū z rafanos vo-
cant.

Rhafanos. g. rafanus *Dlin*. ḡira eius greci fece-
runt tria foliorum differentia cripi atq; lenis et
tertium siluestre atq; huic lenia quidam folia sed
breuiora ac rotunda copiosa atq; fructicosa. sa-
por autem asper z medicamenti instar ad eliciē-
das aluos. z infra n̄si alia fecere genera algiden-
se a loco longum atq; translucentum alterum ra-
pi figura q; vocant siriacum suauissimum fere ac
tenuerrimū hiemisq; patiens. aliud siluestre greci
cheram appellant pontici armon. alij leucez. n̄si
armoraciam fronde copiosius q̄ corpore zc̄. et
alij marmoraciū vocant hoc.

Rasis grece acus inde rasidothichi acuarium fer-
rum.

Ragadie d̄nr scissure accidentes in circulo ani mul-
ti ardoris.

Rague ara. spuma que z zebet d̄f.

Raib ara. lac acetosum vt ap̄o *Allman*. ca. de dia-
bete ex eius concordia cū pratica greca.

Ralembacum in. ij. practice *Alliabas* ca. de semini-
bus. pro coriandro ponitur. Item ca. de folijs p̄-
mirto. Item li. tectio de feb. coridiana pro oleo
amigdalorum dulciū z sic apparet manifesta cor-
ruptio z cetera.

Ramad arabice cinis.

Ramic ara. est confectio ex gallis z passulis ex qua
fit gallia muscata fm arabes cuius confectio do-
cetur in libro *Sera*. de simplicibus medicinis et
in vicesimo octauo azarauij habet autez alias cō-
fectiōes diuersas sicut z gallia. ramech *Stepha-*
nus dixit.

Rannus *Dya*. fructex est circa ortos nascens. hu-
ius virge longe z spinose sunt folia habet pinguis
fima z longa z leuia. ē at altera rānos colore m̄ ha-
bens album z subruffuz z virgulas oblongas cū-
bitos. v. vel plus he spinose sunt. eius semen latū
est z tenue z in folle reclusuz sicut affodilli rānos
grecus *Dli*. inter genera ruborum rānos appel-
latur a grecis candidior fructicosior. is floret z ra-
mos sp̄gens rectis aculeis non vt ceteris adūcis
folijs maioribus. alterum gen^o est siluestre nigr^o
z quadam tenuis rubens fert velut folliculos. hu-
ius radice decocta in aqua sit medicamentuz q; *q;*
vocat litum zc̄. ara. vocatur haufigi. *Ste*. rān-
nos aufegum rannus.

Ranula z ranūculus vocatur augmentatio carnea
sub lingua cum grauedine z fluore saliuaz q̄si in
radice lingue vt alia lingua oriri videat.

Ranūculus *Dli*. ranūculum vocamus q̄ greci bo-
trachion. genera eius quattuor z cetera supra i bo-
trachion.

Rapa *Dlinius* medici masculum ex eis dixerunt
rotunda latiora v̄ro z concava femineum pre-
stantiori suauitate z ad condiendum facilioza zc̄.
rapa vocatur grece gongilion arabi. v̄ro felien
vel selgem.

Rapa agrestis *Dy*. nascitur locis siccis fructicōe col-
lectū faciēs cubiti h̄ns lōgitudē h̄ns multas vir-
gas folia liuioza z crossaī modū digitī z satis lata
semen eius in folliculis conclusum nigrum z fra-
gile est q; fractum album deintus habet colores
z cetera.

Rapa caulis *Ysaac* in dietis de ip̄a loquitur.

Rapa rustica vocatur a latinis fm *Dyaf*. quedam
sp̄s yperion vt supra in cozum.

Rapistrum armorathia rafanus agrestis fm *Dy*.
z *Dlinium*.

Rapatufa. g. *Cor*. cel. est inquit emplastr^o q; rapa-
tusam aglutinando vocant zc̄.

Rapum siluestre *Dlinius* in aruis maxime nasci-
tur fructicosum semine candido duplo maior est
q̄ papauer.

Rharicon *Daulus* capitu. de dentibus rharicon
ollam comburens.

Ras arabice caput.

Rasas arabice plumbum.

Rasanum p rasin q; est enula in. ij. practice *Allia*. in-
uenio z al. bi raseni.

Rasatum z raschum in pratica *Allia*. exponitur q; ē
gūma semibari. i. pini.

Raseni g scripsit *Ste*. pro feniculo q; est razienigi
z alicubi rasanegum scripsit.

Rasin arabice enula.

Ratha *Albavi* est inquit species trifolij dum est re-
cēs sic vocatur sed sicca dicitur fassafa z cadabb
z in hispania dicitur herba mularum oritur in or-
tis z in pratis in principio ortus eius est vt tri-
folium postea fit gracilius eo z habet flores vt

lenticule tortuose.
Rhaticon **Idau.** ca. de asmate aliquis potius aut cibi raticon ydromilon zc.
Ratienigi in. vij. **Jo.** Sera. in vnguento afelema- num z est vnguentum aplozum z in alijs multis locis exponitur qd est colosonia. **Item** ab. **A.** in secundo ppo ca. sifr exponitur. verum idem **Jo.** in ca. de palisi dicit qd gummi granorum viridium vocat ratienigi z hoc gummi est terbentina. **Item** idem ca. de asmate accipe inquit granoru pinea rum super quas est ratienigi mulcum fm verita tem hoc nomen cadit sup oem resinam grecum imitando. nam retini. g. resina vt in libro de do- ctrina greca.
Raund ara. reu aliud barbarum aliud seni qd nascit in india fm aben **Abesue** z aliud turchium fm eudem aliud ponticum ex ponto sic a regionib⁹ denoiatur z infra in reu
Rausenicum scripsit **Ste.**
Rareta ara. pars manus.
Racienigi ara. feniculus rasienegez alicubi scripsit **Stephanus.**
Reban. **A.** duo ca. facit vnum breue qd quasi no- tum sibi non notificat nobis. aliud deraban sala- monica qd omnino sibi ignotum fuit vt apparet ex textu eius.
Reas ap⁹ **Dya.** vocatur secunda species papaue ris ca. de mechonio.
Rechabinum in pratica **Alia.** ca. de se. continua ex ponitur qd est machalum qd est bdelliu z in ca. de constipatione ventris z fluxu in febrib⁹ scribit na reniebi et alibi nateniebum pro eodem
Rechonia **Idli.** affertur inquit ex his qd supra pon tum sunt regionibus. radix costo nigro silis mior z ruffio paulo sine odore calefaciens gustum et astringens eadem trita vini colozes reddit ac ad crocum inclinantem e reu z infra.
Recorporatiua medicina est inspissatiua que carne z cutem densat confortatqz membruz z tempat complexioem que grece metalin cretica vocat supra in me.
Redarguens virtus est stiptica repcutiens **Dya.** ca. de arbore pini.
Rebertederiem **Ste.** est inqt radix tinctorum et of carthamum pro curcuma z dixit iterum qd. g. vocatur celidionion z re vera curcuma est celido nia minor.
Regius morbus antiquitus vocabatur ycteritia vt **Laf. se.** ppo ca. z **Idli.** z **Diba.** in comento as forum. y. hec z aurigo ab aureo colozere z arcuatul morbus dicebatur.
Rehiban ara. mirtus liber de doc. arabica.
Reiectialis emola orminon fm **Dya.** supra i. e. z oz.
Relembach vocauit **Stepha.** mirtum sed nec gre cum nec arabicum.
Refeda qd rerea vocat circa ariminu nota e **Idli.**
Resina fixa est colosonia.

Resina pituina. i. pint. na. g. pitius est pinus z abia lis fm **Dya.** ca. de arbore pini. resina inquit alia pituina qd nos abialem dicimus. alia pucinea z alia est liquida z alia arida que et affertur ex tire- na colosonia vnde z resina colosonia vocat. dif- ferunt vero in colozere xine. alia est alba alia olea- gina alia mellina. verum ex aridis meliores sunt pituine que de insula yspanie affertur z sunt pro babiles que fuerunt odoris melioris auream dese rentes qualitatem z pspicuam z non plurimum liquidam in imaginem cere zc. **Idli.** resine sum me spes sunt due sicca z liquida. sicca epino z pi cea fit. liquida terebinto larice lentisco cupressio. na. z he serunt in asia z assiria. falluntur qd eadem putant esse epicea atqz larice. picea enim pigue z turfi modo sucosam fundit larix gracilem z mel lei liquoris virus redolentem. medici liquida raro vtuntur. hec puto esse kitran nec picea magno- pere in vlu ceteris non nisi coctis cocture modu alibi docuimus. placet terbentina odoratissima atqz leuissima nationum cipria z siriaca ytraque mellis attici coloris. sed cipria carnosior siccioreqz **In** sicco genere querunt vt fit candida pura plu cida. in omni autem vt montana potius qd cam pestris. **Item** aquilonis potius qd ab alio vento resoluitur.
Rhesis oculozum exponit **Dubasius** quod est ru- ptura eorum proprio capitulo verum res grece est eruptio.
Rhetin **Idau.** capitu. de asmate est resina. sed in libro de doc. greca retin vel retim scribitur **Idi-** dorus retine grece resinam dicunt. naz grece rei dicit quicquid manat.
Rheuma grecum est a reusis quod est cursus flu- rus z cetera.
Rheu grecum est in li. de greco sili **Almasori.** ara. raund supra in ra.
Reum ara. rizi.
Rexis. g. eruptio ruptura.
Rhyada grece passio in angulis oculozum vt **Alle.** capitu. de egritudinibus oculozum. z est hec fm **Idaulum** diminutio carnis vt supra in encatis **Demostenes** rias inquit est cotinus lacrimie flu or debilitate partium. aut exeso angulo vel i mo dica chirurgie vexatione cum encantis decidit zc **Item** alibi quibuscunqz passionibus lacrimosi oculi fiant riade sunt a veterib⁹ nucupate qd noe fluidos dicere possumus zc. **Idiada** apud **Cor- nelium** scribitur.
Ribes arabice planta in montibus sirie nascens et sub niubus virens acetosi saporis utilis ventris fluxui colerico precipue ex cuius succo syrupus sepe ad nos defertur. fructus etiaz eius vsui me dicinaruz aptus videtur ex auctoritate **Rasis** in **Alma.** q inter fruct⁹ ipsu pparat. **Albani** e plata stipite hns rubeum ad viriditate decliuem tene rum cuius sapor e dulcis acetositate mirt⁹ folia

- rotunda viridia z magna cuius granum petatur
decoratē accidi saporis de quo fit rob zc. nos at
loco eius succū acetose q̄ est l. patium agreste po
nere possimus.
- Rhibus** apud **Byas.** est de statuis z de palestrato
i. de loco vbi fiebat ludus palestre z ē q̄ ap̄d. **Al.**
vocalur sordities in ca. s̄ sorditie. de his z d̄ alijs
loquit̄. grecus vero rīpos dicit
- Riech** ara. pulmo.
- Rien** rienis idem ren.
- Rhigos.** g. rigor rigon frigenz rigens
- Rhimida.** g. rima rimides ruge rime.
- Rhinar.** g. limatura **Idau.** ca. de cicatricibus z al
bugine oculi rinar cornu ceruini z cetera. nam ri
non grece lima.
- Rhinomellis.** g. ferreum instrumentuz aspi capitis
vt lima quo asperitas vel scabies palpebraru era
ditur **Demostenes.**
- Rhin.** g. naris nasus inde erinon caputpurgium q̄
p̄ nares incitur. nam rio nares z hinc ē rinoce
ron aial habens vnicuz cornu in naribus. rinoke
reos dicit grecus.
- Rhincho** grece rostruz z scribitur rīghos z profer
tur rinchos.
- Rhion** ē limatura ap̄d **Idau.** ca. de asmate igt sa
gi z pruni efficacior rion.
- Rhipiros.** g. **L.** al. se. tipus sordidus tertiane nothe
- Rhipos.** g. sordities.
- Rhiptica.** g. purgatiua vt **Sal. li.** de ingenio sanita
tis ripticon katerticum.
- Rhis.** g. fluxus li. de doc. gre. reuma zc.
- Rhisipelia.** g. eripila.
- Rhitida.** g. ruga ritide ruge.
- Rhitidosos** **Demo.** est rugosa siue folliculosa pu
pille passio.
- Rhitinū** **Idau.** farie ordeacee habente ritinum
- Rhitini** **Ste.** ritinegi resina.
- Rhis.** g. eruptio. ovarix apud **Alexā.** vene scissio
ca. de emoptoica.
- Rhiza.** g. radix ide glicoriza dulcis radix q̄ corrupte
nos liquiritiam dicimus.
- Rhizentia.** g. **L.** al. se. in antido. sunt radices dure q̄
in vlcereb' apostematū iā vacuatoz remanēt zc.
- Rhoa.** g. **Ste.** vbardē rosa.
- Rob** q̄nqz absolute ponitur z est idem q̄ carenum
vt patet supra in careno.
- Rob** ara. est succus cuiusqz fructus coctus ad spis
situdinem vt seruari possit.
- Robelie** ap̄d **ysaac** in dictis est legumē q̄ apud. **Al.**
vocalur meisse vel vt in ara. mes. vez apud **Ra**
sim in **Alman.** aliud est robilie aliud mes zc.
- Rochat** ara. focatia placēta panis valde tenuis.
- Rochbe** arabice genu.
- Rhodakia.** g. p̄ficus arbor z rhodakinon frucus.
- Rhodbantbe.** g. flos rose.
- Rhodia** **Bya.** radix ē nascēs in macedonia fil. s̄ co
sto sed paulo lenior z nō equalis que digitis cōfri
cata rose longius iactat odo:em.
- Rhododafnili.** de doc. gre. est rosa grēca lozādrum
zc. Est autez eius expositio rosea laurus. nam ē
compositum ex rodon qd̄ est rosa z daphnibus qd̄
est laurus ab **Alui.** vocalur oleāder a **By.** nerio
supra in ne **Idli.** rododendros nomēn qd̄ apud
nos inuenitur latinum rododafnē vocant aut ne
rion z cetera. **Stepha.** rododafni de sela pro de
fle. nam sic arabice.
- Rhodon.** g. rosa. rodinos roseus rodoleon oleuz ro
saceum rodostoma aqua rosacea rodozacara zu
charum rosaceum rodomei rosaceum mel rodo
rion rosa sicca.
- Rodozam** vocalur galli herbam que nascit iuxta ro
dotinum arborem inter arbuta caulem habz vir
ge filiculnee modo geniculatum folia vrtice i me
dio ex albida eadez pcedente tpe tota rubentia
florem argenteum zc. **Idli.**
- Rogel** arabice pes
- Rhogia.** g. vocalur scissura superficialis. cranei q̄ nos
rimulam **Idau.** in cyrurgia.
- Rhoginos** **Idau.** ca. de pipleumonia ē oregmon.
z est nomen fictitium.
- Rhoi** grece per ita fluxus decursus similiter etiam
rois per iota infra supra z reusis etiam idem si
gnificat.
- Rhoidea** grece arbor mali granati. roidion pomum
granatum.
- Rhoiton** apud **Idli.** vinum malorum granatorū.
- Rhochia.** g. eruca herba.
- Rhombos.** g. r̄bus piscis romuos dñt.
- Rhomery** in confectōe mitridati in antido. vlim ex
ponit rasanus.
- Rhoos** virsodespicu apud **Idau.** capi. de corrosio
ne mamillarz est grana tinctoruz fm. **Al.** eodem
ca. et eodem medicamine nec differunt nisi vbi
Alui. dicit coquat̄ cum lignis cipssi **Idaul.** dicit
misceat̄ cum spatula ligni cipressi
- Rhopi.** g. dumus.
- Rhoras** **Idau.** ca. de dolore capitis ex vino come
dat inquit rozas puto corruptum z debeat cē ro
dia que sunt m̄ la granata.
- Rozastrum** est similax ap̄d **Bya.** z zmilax apud ki
ranidam infra in similar.
- Rosa** canina est planta in cuius radice nascit fung^o
ex quo fit ypoqstidos qui fungus vocalur. a. tara
thith z planta vocalur barba yrcina.
- Rosmarinum** est species libanotidis vt supra in li
banotis arabice vocalur. arbor marie z vapor vt
funigium marie z alke lilgebel idest corona mon
tana **Idlinius** rosmarinus duo eius genera al
terum sterile alterum cui caulis z semen resina
ceum quod semen chacheris vocalur folijs odo
re thuris.
- Rosaidicos** **Idau.** ca. de amissioe memorie admi
scendum inqt̄ infntia z siccantia z vt rosaidicos
z mirline zc. puto sumach zc.

Rofago herba in antidotario vlim in potōe ad fero phulas.

Ros firiacus exposuerunt quidam q̄ est flos omni z n̄ dicit quid onus est sed ros firiacus ē sumach Vide q̄ vbiq̄z in libris de greco translatis habet ros firiacus in arabicis eisdem locis z in casibus habetur sumach. nam apud B̄ya. ca. de ozigano vbi est ros firiacus in Serapi. eodem loco ex verbo B̄ya. est sumach. Item in ca. de porro vbi habetur tulo cum roze firiaco in Sera. habetur sumach. Item in ca. de moris vbi dicit q̄ sic ca z trita ponūtur locis rozis firiaci in Sera. est sumach. Item inuenitur syrupus de fructib⁹ in vij. Joā. Sera. cui filis inuenitur apud P̄lini. z B̄yal. z vbi ille. habet sumach isti habent ros firiach.

Rotab ara. dactili q z tamar vocantur zalisi plib⁹ noibus fm diuersitates sp̄erum eoz ex pte matutinitatis formaz z regionum et vocant.

Ru z rum apd̄ P̄au. in pluribus locis vt in ca. de p̄leo adeos inquit qui non retinent cibum rum z ciminum da bibere.

Rubeū aliq̄ antiq̄ vocauerūt atcatiā. Gerodius i libro equozum rubeum inquit. i. succus prunellaz imaturarum.

Ruasiū vocabat̄ qdam miconi sp̄s. P̄li.

Rubia. i. rubea tinctorum B̄ya. rubia q̄ alij eritrodanum latini vero rubricam dicunt herba est omnibus nora. eius sp̄s sunt due. vna agrestis. alia que appellatur spartbos ramulos siue tirfos hēt tenues z quasi nodosos folia p̄ interualla distantia atqz per singulas anotationes veluti stellaruz ymaginem metictia fructus siue semē est ei rotū dum z viride debinc rubeum aut circa maturitatem nigrum radicem habet longam z tenuem z rubicūdā zc.

Rubic ara. in. vij. Sera. in medicinis oculoꝝ sepe reperit̄ z est os sepie. In. ij. vero. A. rabien vocatur ip̄a sepie. in secretis vero Sal. in sief conseruatio visus rubien inuenitur.

Rubus alius batus ferens moza alius rubus canis qui grece cinosbatus vocatur z est spina que n̄o ydyomate rozagua vocatur quasi rosa acuta. ei⁹ semen vel fructus est filis fructui rose in cuius sūmitatibus oritur quedam tuberositas tecta lanugine aspa habens intus vermiculos q̄ moderni qdam falso bedeguard vocauerūt. profert flores vt rosa virgas hz rectas z vncis spinis fortibus armatas supra in cinobatos. P̄li. rubi inqt moza ferunt z alio genere silitudine rose que vocat cinosbatos. tertium genus ydeum vocant greci a loco tenuior q̄ ceteri minoribus spinis z min⁹ aduncis zc.

Ruca est eruca.

Ruge in antido. vlim in cōfectione dialacca est rubea tinctorz sicut p̄z p̄ concordiam ei⁹ cum. A. et Jo. Sera. eadem cōfectione.

Rumā vel romā ara. maluz granatū in de romanis cibus qui sit inde.

Runegi in. vij. Jo. Sera. in puluere roseo oculoꝝ est lapis similis cancro immo cancer in lapidem conuersus.

Ruptoz dropar vesicatorium medicamen.

Rbusen P̄li. grecum inquit nomen est enim herba siluestris folijs mirti caulibusqz breuib⁹ fructer excoziatus appellat̄ subrutilus cubitalis crositudine digitali cui⁹ aridis folijs z mali corio coria pficiuntur. medici aut̄ roicis vtuntur.

Ruferitrias z ruseritro z ruseritru z aliq̄n soluz tur. repitur apud P̄au. in multis locis z est ros firiacus. i. sumach.

Rusine ara. in. vij. Jo. Sera. ca. de cōfectione asceia vel aselite est berugi z of zurumb z pedes locuste z asseig zeneo. hec omnia sūt nomina hui⁹ medicine z si zurumb est zurumbet ip̄m est sp̄s zedoarie q̄ vidi z habui.

Rbusi z sentix idē nascit̄ vbiqz in campis z sepib⁹ z fm libzū antiquū de simplici medicina

Rbusin P̄lini. capitu. de alopitia repi in antiq̄s expositōibus q̄ rusin ē cepe agreste.

Ruta tres habet sp̄s domestica vbiqz nota et est agrestis z in nullo a domestica differens nisi loco natiuitatis z laceratiua est z faciem odorata vrit tertia est harmel vt supra in harmel B̄yal. rute duo sūt ḡia domestica z agrestis montuosa viscidior ē ab ortina escis non apta sed melior est que circa cucumeres nascit̄ zc.

S

Litteram habent greci vt nos arabes vero habēt duo vnum quod vocāt sin. aliud quod vocant sar que simulez sonum habent sed h̄nt aliud q̄ cum quadam aspiratione pronūciant qd̄ sbar vel dsar vocāt. h̄nt z aliam lfam que

sonat vt sc. apud nos q̄ sci nominant. p̄ primam scribunt sumach per secūdā sandalus p̄ tertiā sbaro vel dsaro q̄ est lentiscus. per quartā sceiteragi.

Sabade ara. cipez q̄ iucha dicūt forte imitātes latinum. i. iuncus.

Sabane ara. Esalsamētum q̄ fit ex pisciculis salitis z nucibus z aliq̄bus sp̄eb⁹ z oleo.

Sabater exponit in. ij. cañ. A. q̄ est origanum non recte sed ip̄m est saturegia q̄ apparebit legenti ca. eius q̄ incipit Origanū. z in arabico ē sabaf cū ca. de saturegia apud B̄ya. z Ser. dñt. n. illi ābo q̄ v̄nt̄ ei⁹ ē sicut virt⁹ thimi. z. A. sicut virtus halse q̄ est thimus. z in oibus et alijs conueniunt. sermo vero de origano apd̄. A. cōfusus ē cum sermone de pulegio z calamēto in ca. de calamēto vt supra in. c. z. p.

Sabarhelgebarum Ste. in synonymis exponit q̄ ē bersafarum z est capillus veneris. sabar re vera

est capillus seu erinis.
Sabanon grece sabanum indumentum sabana in
dumenta liber de doctrina greca. verum **Drib.**
ca. de puocatione menstruorum exponit qd p̄
nus asper absterforium. s. quo homines vtuntur
in balneis vel etiam q̄libet linteum ad hoc de-
putatum.
Sabara in. ij. **Allia.** p̄ sarb alqn̄ sabare scripsit.
Sab ara. accipit liber de doc. ara.
Sabdenegum pro sedenegi scripsit **Stepha.** et est
emathites
Saber vel **sabz.** ara. est aloes. ap̄d **Allia.** inuenit sa-
bare z in syno. **Ste.** **sabarum**
aberemi z **saberemū** in regali dispositione inue-
nitur p̄ febrā z est esula **Ste.** **seberemū** exposuit
titimallum
Sabina dicebāt antiqui nos vero sauina **Plin.** sa-
bina brathia appellata a grecis duoz genex ē al-
tera tamarici folio filis altera cipressio q̄ quidam
creticam cipsum vocauerūt zc.
Sabon ara. **sapo.**
Sabot piscis in li. **Alman.** ca. de aqua descendente
ad oculum in cōfectione colliri ad id fellis inquit
sabot z in li. filii **Alman.** de greco translato loco
eius h̄ sel laurachi z in kiranida est labrax piscis.
i. variolus filis zephaleo eius felcum melle visuz
acuit zc. cum diu anxius q̄siuissem de hoc pisce
tādē a greco p̄to z in lingua latina didici qd ma-
le p̄ferebam. nam. g. vocatur laurachi. u. cōsonā
te q̄ postea per librum de doc. gre. ratum habui.
z ydyomate n̄o puto grecorum imitatiōe hic pi-
scis vocat̄ lauratus. veuetie variolus vocatur.
Contingit ergo mihi vt labor ab errore. u. lfe q̄
vocalem p̄ferebaz q̄ dz eē consonās z sillabicari
cum. a. r. lfa mediante z liquefcente. ē piscis satis
vbique notus in maritimis. romani spinulaz vo-
cant.
Samonie ara. **scamonee** a greco corruptuz z saba-
mode dicunt.
Sachabenegi ara. **serapinum.**
Sacūdiliuz ap̄d. **A.** post grecum **spondilion** apud
Dya. de qua infra in spo.
Sacolocondion ara. dicunt p̄ scolopendria corru-
pto greco.
Sacaron **Plin.** fert arabia sed laudatius india. est
aut̄ mel in arūdibus collectum gumium modo
candidum de ntib̄ fragile amplissimū. nucis aue-
lane magnitudine ad medicine tñ vsus zc. v̄f zu-
cbarum abstor de quo infra z nomē **saccaron** est
vt greci **saccara** vel **zaccara** dicunt.
Saccon apud **Dya.** est prima spēs calcanti.
Sachbar fm **Alui.** ē arbor cuius fructus ē nabach z
a **Dy.** vocatur agrifoliū apud **Almansorē** scribi-
tur **fidre** agrifolium vide **lotos** arbor de quo su-
pra in lo.
Sadeb arabice ruta.
Sadef. a. ostracum **Stepha.** **porfiro.** g. est **sadefum**

arabice.
Sadegi vel **sadeg.** a. folium indū. i. malabattrum de
quo **Alui.** ca. facit sub hoc nomine foliū z nō ē id
qd h̄emus in v̄fis. nam illud vocat̄ **tumbel** supra
in mal.
Sadeguaram sic scriptū est i sc̄do canonis **Alui.** s̄z i
arabico ē **saduriā.** sed i secundo **practice** **haliabas**
scribitur **saderuū** i ca. de lucis plātoz. apud **Se-**
ra. vero **saderuā** ibiqz notificat̄ inquat̄um p̄t̄ no-
tificari nobis medicina valde peregrina.
Sadenegū i **practica** **Haliabas** p̄ **sadenigi** q̄ ē ema-
tites scribitur.
Sadenegū ibidē p̄ **schedenigi** z est canabe.
Sadibe odif ibidem p̄ folio nucis.
Saffi arabice salix.
Saferemū in **practica** **Hali.** ca. de **betica** exponitur
basilicon.
Sagapinū **Dy.** lacrimū est ferule nascentis i india
eligendū est limpidū a foris rufum deint̄ album
odorem filij z galbani habens gustum viscidum
z cetera.
Sagmon fm **Plini.** aliq̄ ex grecis agnum castum
vocant.
Sagmen vocabāt antiquis romani **berbenā** quasi
sanctimē. eo qd sacerdotes i expiandis tēplis ea
vtebātur vt **titus liuius** libro p̄io ob hoc. g. **gero**
botanum. i. sacra herbam vocant zc.
Sagnafoza **Johēs Sera.** ca. de retētōe mēstruoz
exponit qd ē **abrotanū.** Item in ca. de vertigine
idem dicit. sed puto **artemisiaz** in qua errauerūt
arabes putantes **abrotanū** vt p̄z in **berengefif.** nā
pprietates eius magis p̄cordāt cū **artemisia** quā
cū **abrotano** vt in **calculo** z **menstruis.**
Sagzenea p̄fectio opiata in q̄nto cañ. **Alui.** z **septi-**
mo **Johēs Sera.** q̄ in **pantegni** vocat̄ **socrugē** z
in regali dispositione **locrute.**
Sabater infra in **timbra.**
Sair scripsit **Step.** p̄ **xair** q̄ est **ordeum.**
Sal vocat̄ ara. **melech** grece **alas.**
Sal **Plinius** sal omnis fit aut gignitur vterqz plu-
ribus modis sed causa gemiam coacto humore
vel siccato siccatur in quibusdam locis z in aliq-
bus extremitates tantum inarescunt z in aliq-
bus vsque ad medium lacum. Sunt z **annes**
secum **salem** a montibus trahentes z sunt aliq̄
quorum summa dep̄santur in **salem** anne reli-
quo velut sub gelu fluente que **salis** flumina ap-
pellantur. aliud genus ex aquis maris sponte gi-
gnitur spuma in extremis littoribus ac scopulis
derelicta. hic enim rore densatur z est acrior qui
in scopulis inuenitur. sunt z montes natui **salis**
in quibus **lapicidinaruz** moze ceditur **renascēsqz**
effoditur e terra humore densato alibi. Item
charris arabie opido **muros** domosque **mas-**
fis **salis** faciunt. Sit autem sal in **salinis** aqua
maris in **areis** egesta **mistaque** flumiali **soleque**
densata aliquibus in locis **eputeis** **hauriunt**

muriam appellant z e fontibus densatur sole alij
 igne. apud Theophr. inuenio vmbros arūdinis
 z iunci cinerem decoqre aqua solitos donec exi-
 guū superffet humoris quo colato dēfant igni vel
 sole saliffimus sal q siciffimus candidius suauis
 plūuia dulcescit oīs suauiozem tñ faciunt rozes
 z c. z ifra de flore salis salinaz sinceritas sūma fec-
 dīā suā qñqz fauillā salisqz leuiffia ex eo ē z can-
 didiffima appellatur. z flos salis in totuz diuersa
 res humidiorisqz nature z crocei coloris aut rufi
 veluti rubigo salis odore quoqz igrato dissenties
 a sale non mō a spuma. egypto inuenit vīqz nilo
 deferri. z fontibus in qbusdam natat optimuz ex
 eo q olei quādam pinguedine reddit zc.
Sal massē q dictus est sal panis cōis vsualis.
Sal gēma capadocius idem.
Sal nitrū nītrum ipm.
Sal alkali sal nitrī fit ex cinete cali supra
Sal nasticus cū nasta inuenit z est niger.
Sal indus niger est.
Sal alebroth sal alkimistarum.
Sal amoniac⁹ **Idi.** inuenit iuxta pleusū **Idi.**
 lomeus rex cū castra faceret quo exemplo postea
 inter egyptum z arabia z squalētibus locis cept⁹
 est inueniri detractis arenis qliter z per affrice si-
 cientia vsqz ad hamōis oraculū is qdem crescēs
 cū luna noctibus. nā ciremaici tractus nobilitant
 a mōiaco z ipō qz sub arenis inueniatur appella-
 to filis est colore alumis qz schiston vocant lōgis
 glebis neqz plucidis ingrato sapore sed medicine
 vtilis pbatuz qz maxime pspicuuus rectis scissuris
 insigne de eo pbatuz q leuiffimus est zc. qui ad
 nos desertur sublimata res apparet **Idi.** ca.
 de nictilopa vbi ponit salem defossum ibidem in
 filii loco. **Idi.** ponit salem amoniacū. **Idi.** vbi in
 filii **Idi.** manso. ca. de debilitate visus ponitur salis
 saparitiū eodem loco in **Idi.** manso. ponitur salis
 amoniaci.
Sal sacerdotale puluis in antidotario vlim.
Sal abase supra in kauken.
Sal gen supra in rapa z in leff z infra in scelgen.
Sal amandra grecū est z exponitur in li. de doc. gre-
 ca spēs stellōnis infra in semebras q est idem.
Sal ch albaiel ara. spoliū spentis.
Sal uicha genus est herbe q radículas z folia subru-
 sa hz flores filies plurimos q a terra refossa in mo-
 dum scopularum cōstringitur. nascit aut in lapi-
 dosis locis sūmis z in norica regione. Illa vero ē
 optima q est odorifera z sine sablone z recēs plu-
 rimos ramulos z radices hñs. pōt quātum z spi-
 ca qñis infirmior sit. **Idi.** saluicha foliosa qdez
 est sed breuis z que netti nō possit radici neruose
 coheret herba verius q flos densa veluti manu
 pssa breuiterqz celpes sui generis pānonia hanc
 signit z norica alpiūqz apica vrbuz eporida sua
 uis odoris zc.
Salix **Idi.** salicis in asia tria genera obseruant ni-

gram vtilē vimbibus. candidaz agricolaz vsib⁹.
 tertiam que breuiffima ē elicē vocant. apud nos
 quoqz multi totidem generib⁹ noia ponunt vimi-
 neam vocant eadem purpureā. alteram yteliriaz
 a colore q fit tenuior. tertiam gallicam q tenuiffi-
 ma est. z alibi salicis succus est trium genēz. vnū
 arbor ipa exudat gūmi mō. alterum manet cum
 flore in plaga exciso cortice trium digitoz magni-
 tudine. tertius succus detrūcatione ramoz a sal-
 ce distillatur zc.

Salpinga Alex. ca. de surditate circa si. est fistula q
 fugitur aliquid existens in aure poro ipsius auris
 apposita. verum salpix. g. est tuba. salpinga tubā
 salpinges tube z semper scribunt per geminum
 g. aggelos scribūt z pferunt angelos. hñ. g. añce
 dente. x. transit in sonum. n.

Salsal ara. argilla creta noua.

Salsogarum est cōpositum ex greco z latino ex cō-
 cordia praticę. g. filis **Idi.** manso z **Idi.** manso z
 est muri.

Salvia **Idi.** bechion q z salvia dī als ruffilago.
 duo eius sunt genera filuestris vbiqz nascitur
 subeē aqz credunt zc. z ita altera a qbusdā salvia
 appellat filis verbalco zc. salia elifag⁹ z lilifag⁹. g.
 dī. arabes vero elifatos imittantes grecum. sed
 sathe. ppo ydyomate.

Salum tyriacum **Idi.** dau. capitu. de ydropisi conse-
 ctio est.

Salutaris herba vocatur a qbusdāz solatrum in li-
 antiquo de simplici medicana.

Samach ara. piscis

Samag ara. gūmi arabicum.

Samanech arabice cornix liber de doc. arabica.

Sambacus est nomen corruptum ab arabico sam-
 bac. inde oleum sambacinum z est ieusemi. vide
 in quinto. **Idi.** de collirijs colliriū inquit iuuatiū
 q fit cum ieusemi. **Idi.** acatie suci sambach zc. di-
 xit tñ mihi arabs qz sambachē vocant ipm semē
 ipsius ieusemi. ppe.

Sambucus vocatur grece actis z ebulus camea-
 ctis. duo sunt genera. Unum arborosum est ha-
 stas habens carnōsas z rotūdas z rectas folia ha-
 bet octo aut quinque in hastis similia nuci fgale
 oblonga cum graui odore flores ei sunt albi in ca-
 pitibus hastarum semen vero simile terebinto
 subnigellum z purpureum z in modum botri cō-
 positum multum succum habens. Alterum ge-
 nus est qz cameactis dicitur. a multis vero iosa-
 cti dicitur sed breuior est z herbofas hastas hz
 quadratas z nodosas z folia in singulis nodis si-
 milia amigdale sed venenosa z oblonga cuz odo-
 re graui in hastis capitella sunt similia supradicte
 z semen z flos. radix eius cōstitudinem digiti ha-
 bet z longa z cetera. **Idi.** linus sambucus habet
 aliterum genus magis filuestre qz greci acteme-
 cton alij elon vocant multo breuius z cetera. su-
 pra in actis.

Samia **¶** li. samie due sūt que colirion z aster ap-
pellantur. poxis laus vt recensit. z leuis liguaqz
glutinosa. altera globosior candida vtraqz vritur
z saluatur zc. supra in gisamia.
Samurdane ara. **Jo. Sera. ca. de p̄seruatōe a la-**
pide. est inquit arbor granosum affonati zc.
Samur z segeb apud Albani est animal in quo fit
muscus.
Sanamūda gariofilata anātia z fm quosdam pes
leporis vocatur sed alia est pes leporis vt supra
in pe. z lagopos.
Sanction **¶** Dya. sanction aut fagasmon quaz mlti
parie dixerunt. nascitur locis ymbrosis z stagnis
ficcis astam bz angulosam z pinguem sup quaz
minute haste sunt multe folia iunt ei andrasfrax
i. atriplici filia z in sūmo diuisa habentia odorem
cartami. semen illi est rotūdum sicut oliua z pla-
tani bacce sise asperum ita vt transeūtibz inbe-
reat rebus.
Sandali tres sunt spēs album. s. rubeū z citrinuz qz
ceteris p̄tiosius z magis odoriferz est. z quāuis a
modernis citrinū vocet albidi tñ est altero. hoc
vocat aben **¶** Desue mazabari.
Sandaracha ap̄d **¶** Dya. z oēs libros de greco trās-
latos. p̄ auripigmeto accipit rubeo. Inqt **¶** Dya.
scandaracha in isdem. nascitur locis in quibz auri-
pigmetum eligenda est q̄ ē colore ruffa valde et
facile tribilis z cripula mūda colorem cinabari ha-
bens z odorem sulfuris. virtus ē ei z coctura silis
arsenico zc. sandaracha vero in libris de arabico
translatis p̄ gūmi vernicis. nam arabes vernicē
sandaros vocant a quo sandaracha corruptum
vocabulum latini dicunt.
Sādaros ara. gūi vernicis silis ē karabe z ē duaruz
spēz vt infra in ve. sandeusi **¶** Ste. scripsit.
Sandel ara. sandalum.
Sandicos **¶** Dau. ca. de acoris capis exposituz est
in li. de doc. greca q̄ sandix est terra rubea.
Sandix in antiquis libris exponit qz est sōda.
Sandix vero in eisdem exponit qz est auripigmen-
tum vstum. sed **¶** Dli. sandix inquit in olere silue
stri q̄ grecis exponitur.
Sandix **¶** Dya. olus ē agreste qz facile comedi pōt.
virtus est ei stiptica viscida subā ara.
Sandix **¶** Ste. est fategum agreste
Sandonicum herba lūbricoz spēs est absinthij vt
supra in absinthio putat ara. vocari sceba **¶** Dya.
post ca. de absinthio sandonichuz est tertia spēs
absinthij in gallitia nascens qz ciues sandonicuz
viciūt qz locus quo p̄mo natus ē sandon d̄r. sile ē
absinthio sed nō semē sic bz spissū z subamax zc
Sanguinaria poligonia eo qz ad sanguinē stringēdū
p̄stet quāuis qdaz sic vocant aliam plantam que
bursa pastoris d̄r.
Sanguis mūdāus supra in crisanthemon.
Sanguis draconis ē succus plāte q̄ ap̄d **¶** Sera. de-
scribitur auctoritate **¶** Dya. quā dicit vocari sive

ritis qz nomē multis plantis attribuitur. sanguis
dragonis ara. vocat den elachiten vel alachoin.
Sanguifuga frudo vocat. g. bdella ara. vero halech
Sanguis. g. vocat emā inde emagogum ematices
emoragia z multa alia ara. vero dem.
Sampficos. g. castia herba odorifera filis costo liber
de doctrina greca.
Sanfucus maiorana p̄sa. ap̄d **¶** Dli. amaracum vt
supra in a. ara. vero merzemus **¶** Dya. sanfucus
a ficulis amaracus appellat est ramosa mltas vir-
gas super terram spāsas bz z folijs puis z rotun-
dis n̄ dissimilibz nepite z veluti birtis z acerrimis
tota herba odorata valde zc.
Sappa mustum coctū vsqz ad cōsumptōem duoz
p̄tium z p̄pterea d̄r triplicatū hec z dulcor. z alijs
vocatuz noibus. carenū vero qñ eiusdem musti
tertia tñ ps in decoctōe cōsumitur.
Sapaticum sal supra in sal.
Sapiferos. g. sapifirus gēma.
Saponistica herba in practica **¶** Almāso. iclisteri ad
opopletham vbi in **¶** Al. hf in artanita in ea hf sa-
ponistice herbe. **¶** Stez in suppositoio ad sciaticā
vbi in **¶** Alman. hf ciclamē in dicta practica habe-
tur radix saponistice
Saraban alicubi pro xait qz est ordeū **¶** Ste. scripsit
Sarralia **¶** Hido. sic d̄r lactuca agresstis eo qz duruz
velut ferram habeat zc. est scariola.
Sarax supra in filix z in kildaru.
Sarpas fm **¶** Dya. d̄r orchis est spēs satirionis su-
pra in orchis.
Sarcocolla. g. est dictu carnis glutē **¶** Dya. sarcocol-
la est velut lacrimum arboris prout resina nascēs
in psida rufa z gustu amara zc. z infra alijs sarco-
collam argionem d̄nt zc. **¶** Dli. sūt inquit qui sar-
cocollam spine lacrimum putant polini thuris si-
mlem cum quadam acrimonia dulce melior est
q̄ candidior maxime vetustate nigrescit zc.
Sarcocolē vocat greci carnositate inter tunicas te-
sticuloz ortam **¶** Lor. cel.
Sarcofagi supra in iberidos.
Sarcoma est carnositas naribus orta velut polip-
pus parum ab eo differens **¶** Dau. cap. de nariū
passionibus.
Sarchion z sarr. g. caro sarkinos carnalis carneus
sarkes carnes.
Sarcos. g. vel sarax ara. filix herba z kildaru ē vt su-
pra **¶** Jo. Sera. vocat siraes.
Sardinos lithos. g. sardinus lapis.
Sardinos vocatur sardius herba
Sardonis lithos. g. sardonis gēma.
Sarissa **¶** Dli. circa nilum nascens duozuz fere cu-
bitozum altitudine pollicari crosfitudie coma pa-
paneris filiqz mandit mō radice ferrarijs offici-
nis p̄cipua carbonis vsu p̄p duritiem.
Sarmech ara. atriplex z cathas ē **¶** Step. vero sar-
machum scripsit.
Saro ara. cipressus vt apud **¶** Aluic. sed in li. de doc.

gra. sozol scribitur.
 Sarsar gra. ferrum.
 Sartan arabice cancer nabari fluvialis habari marinus.
 Sataredo z satezedum z sazeredum a Ste. scribitur pro galbano.
 Sathe supra in salvia.
 Sategum agreste dixit Stepha. arabi. vocari san-dix grecum.
 Saten arabice animal marinum sicut cancer marinus.
 Sateregum z sabatergu Ste. pro sceitergi q̄ ē sumus terre scripsit.
 Santerna ap̄s Idli. vocat crisococolla artificialis supra in crisocolla.
 Satiriasis inquit Pau. est motus pudendi flegmonicam quādam dispositionem seminalium vasorum consequens cum extensione z nisi quiescat motus declinare consuevit in palissim seminalium vasorum aut spasimam z pereunt subito morientes vero inflantur ventrem z sudant frigidū zc. differt autem a priapismo vt idem in sequenti capitulo eo q̄ priapismus ex sola v̄tositate sit tensio virge nec adeo periculosa passio. z in passionario differt azez a satiriasi quia in priapismo perfecta Venere virga detenditur in satiriasi v̄o nec ante nec post.
 Satirion Dya. tres species eius describit. primaz sic satirion multi trifoliū dicunt. ideo q̄ folia tria habeant spansa super terram similia lapatio aut lilio candido sed breuiora z colorata virga leuis z mollis cubito longa vno florem lilio similem z candidam habens radix illius similis est bulbo rotunda vt mela z a foris ruffa zc. aliaz sic satirion z rozaicos albi eritraicos. semē bz simile sēini lini sed maius. z lene z lucidum z forte radix eius corium tenerum habet z ruffum a foris intus alba gustu dulcis z eustomaticum. nascitur locis montuosis z vbi sol habūdāt zc. tertiam sic satirion. tertia ramulos habet oblongos z florem purpureum z exalbidum z radicem duplicem quasi testiculos zc. Idli. duo satirionis sūt genera. vna longioribus folijs oleae caule quattuor digitorū flore purpureo radice gemina ad formam hominis testiculis alternis anis intumescente ac residente. altera satirion orchis cognominatur z feminam esse traditam. distinguitur autem inter nodijs z ramosiore fructice fascis radice. nascit fere iuxta mare zc. z infra greci satirion folijs lili rubri minorib⁹ z tribus nō amplius e terra exeuntibus tradūt caule leui cubitali nudo. radice gemina cui⁹ superior pars maior inferior minor. Est z aliud genus satirion erithrecon vocant femine viticis maiore leui duro radice. coctice rubro intus album includitur sapore subdulce. fert i montuosis inueniri zc. mihi octo genera satirionis visa sunt conuenientia in singularitate cauli in simi-

litudine foliozum lilij minorum tamen in colore flore purpureo d̄sa tamen florum forma z radicis varietate. nam vnum geminas radículas habens vt testiculos. vnam semper pinguiorem altera. alterum singularem tantum radicem habet similem tamen supradictis nisi quia crossior est. tertium vnam radicem habet similem modo dicte supra cuius aderentia veluti filuz oritur quo radícula alia parua suspenditur subterqz crossior dictam in terra moratur. quartum vero genus est cui ob similitudinem manuum duarum palma xpi nomen a modernis dictum est. cuius interdum folia maculis notata apparent. orchis de qua supra dictum est videtur esse species satirionis maxime que cino forchis d̄f cui⁹ expō est cais testiculus.
 Satureia a satiris dicta eo q̄ prorum in venere se vtentes faciat vt satiri sunt petulci. hec z tibra a greco timbra vocat Alacer timbar solet grece dici satureia latine.
 Sauf v̄suf ara. lana.
 Saufe v̄sufe arabice spongia vt lib. de doctrina arabica. verum apud. A. vocatur asfungi imitatione greca.
 Sauich v̄sadic arabice sm Almanso. capitu. de fluxu ventris sit quando ordecum fractuz opitur aqua z bullit vsqz ad spissitudinem aque deinde colatur z q̄ descendit est sadic. verum vt accipi a pitis orientalibus sauich vocatur cum accipitur ordecum nouuz ante q̄ plena maturitate induretur z ponitur in vase eneo v̄s terre z super ignem leuiter torefit deinde tunsum ventilatur donec totus cortex abscedat deinde frangitur in frustis sicut id quod sar dicimus z hoc vocant sauich. quo vtuntur cocto sicut volunt z etiaz estate potant ipsum eruduz sicut est cum iuleb ad coleram reprimendam z sitim Auerois in. vi. colli geth frumentum fractum postulationez in aqua infusum deinde coctum sauich vocat. quidam tñ hec talia kisch vocant. notandum tamen q̄ vbi-cunque habet in libris de greco translatis sauich apud Dya. z Alexan. Paulum z alios de greco translatos habetur polenta quare sm hoc idē videt. ap̄s grecos vero vocatur alsitis in li. 8. alimētis. Item Ste. in synonymis dicit q̄ alsiton est sauich.
 Sauina Idlinius hanc greci brachiaz vocant duorum est generum. alterum tamarici folio similis altera cipresso quare quidam creticum cipressuz dixerunt z cetera. hec ap̄s. A. abbel vocatur vt supra.
 Saura grece lacertus apud kirianidam z auar vero scribitur.
 Saxifragia dicitur eo q̄ lapidem frangat. quidā accipiunt herbam cuius folia similia sūt folijs pim-pinelle maiora tamen ramulos super terram expansos bz. alia tñ ostensa fuit in partibus rome .d.

similis per omnia cretano marino nisi q: tenuior
z macrior eo q: in montibus apricis nascitur z d
scissuris petrarum exit z propter hoc vocabant
eam incolae petra sindula eo q: in suo ortu petraz
scindere videatur odore z sapore cretano appro
ximans fm butanicum prima est ipsa. nam d pi
pinella dicit q: multi saxifragam dixerunt eo qd
sit eis similis puta saxifraga tyrraria ab atiquis di
cebatur.

Sbesthis grece vel vt ipsi suesthis extinctus inde af
besthis vocatur calx nō extincta que viua dī.

Scabar capillus sed sabar melius z xabar ordecum.

Schabaich vel potius xabaich arabice papauer ru
beum q: a **Bya**. vocatur amionis z nō est de ge
nere papauerum cum omnes species papaueris
frigide complexionis sint ipsum autem est calez
in quo multi errauerunt ponētes in populeo lo
co papaueris.

Scabair v̄ melius xabair arabi. ordecum omnia hu
iusmodi arabica que per sem litteram scribuntur
maxime approximant prolatiōi arabice. si per. x.
scribantur.

Scabies vlcerosa vbiq: inuenitur apd. **A.** z **Se**
rapio. in eisdem locis inuenitur apd **Bya**. in an
tiqua translatiōe lepra z est interpretatio scamo
sa a lepis q: est squama.

Scager v̄ rager ara. arbor.

Scasion grece supior ps teste capitis **Demo**. ca.
de lacrimis.

Scamonea **Bya**. fructex est hastas habens mltas
ex vna radice longas tres aut q̄tuor digitis pin
gues z asperas similiter z folia aspera habz simi
lia belsine z apud **Ser**. similia lebleb agresti aut
edere mollia trium angulorum z flores albos et
rotundos z altos z apud **Serapio**. concavos cū
odore grani. radix est illi crositudine pollicis alba
gravis odoris z lacrimo plena qui lacrimus colli
gitur basta z radice incisa z reponitur in chōchaf
multi vero terram sodiunt in giro z substernunt.
folia nucis z ibi lacrimus decurrens dimittit sic
cari. multi vero colligunt folia z hastas z corium
radicis z succum exprimunt. inde q: succum sca
moneam vocant. eligenda est scamonea clara le
uis colorem habens gluctis taurini venenosa et
spongiosa que lingua tacta albescit. mlti vero suc
cum titimali admiscunt. sed intelligitur q: lingua
adurit. nascitur autem in india z in syria diagri
dium sed graue z spissum q: z ipsi adulterant mi
scendo titimallum z polines ordeī zc. **Plinius**
scamonea inquit est succus herbe aradice ramo
se pinguibus folijs triangulis albis. radice cros
madida nansiosa. nascitur pingui z albo solo. ra
dix circa canis ortum excavatur vt in ipsam con
fluat succus qui sole siccatur digeritur in pastillo
siccatur z ipsa radix v̄ cortex laudatur natione co
losonium mltum p̄aenense specie autem nitidū
z q̄ similitum taurino glutini fungosum tenuissi.

mis fistulis liquecens cito virus redolens lumi
nosum lingue tactu elactescens hoc q̄ leuissimū
cum diluitur albescens. hoc euenit z adulterino
q: fit herbe farina z titimalli marini succo fere ī
indea q: etiaz strangulat sumptum deprenditur
gustu titimallus enim linguam excalefacit bulbi
more zc. scamonea atiquitus dicebatur a latinis
acridiuz. inde hoc nomen diagridiuz maxime co
cto attribuerunt moderni **Plinius** docet coqui
in concanitate citonij z ipsuz citonium q: recipit
in se per decoctionem scamoneam in medicinis
iubet poni quod autez in concanitate inuenitur
dimitti.

Scandalicon. g. a **Bya**. tlaspium dicitur de quo in
fra in tla.

Scandix **Bya**. de ipsa ca. facit nec describit qualis
sit. sed **Pl.** scādix que ab alijs tragopagon voca
tur folijs croco filibus

Scangibin v̄ snggebin ara. syrupus acetosus siue
fiat cum zucharo siue cū melle q: est oximel. mul
ti corrupte secaniabin scribunt.

Scandicon **Galie**. li. de alimentis cerefolio simile
dicit.

Scara v̄ escara. g. crustula q̄ ab adustione ignis v̄
cuiusq: alterius rei sit grecus tamen p. sk. scribit
interdum p. fr. vt.

Scariola fm modernos ē velut lactuca agrestis nisi
q: in dorso costarum habet spinas paruas pro en
diuia ponitur.

Scarotica medicamina grece fm **Demostenem**
dīr mortifica.

Scarus piscis. grecus scaros dicit.

Scascaum **Stepha**. pro schascas qd est papauer
scripsit.

Scastia idem p chas qd est lactuca scripsit.

Scatuncella v̄ scatuncelli vocatur vmblicus vene
ris cimbalaria.

Scabair v̄ xabair ara. ordecum.

Scea ara. spēs est absinthij vt pz in **Serapio**. capi.
de absinthio. z putatur q: sit sandonicum. f. her
ba lumbicorum vt supra in absinthio. apd **Alia**.
scilicet secūdo capitu. de simplicibus medicinis.
scribitur filium.

Sceam ara. adeps.

Sceb ara. alumen.

Sebet ara. anetum.

Scebram vel tebram est esula apd **By**. vero vo
catur panax aut dema supra in pa.

Scecaul ara. est radix boni saporis esui apta z con
dituris. putauerunt quidam flō q: esset yringus
supra in yri.

Scedenegi ara. ematites lapis sanguineus de quo
supra in em. scedenegum **Stepha**. scripsit a simi
litudine istius nominis i arabico est scebedenigi
q: est semen canapis. est error in tertio. **A.** ca. de
fluxu ventris sanguineo absq: excoiatione. nam
in duobus locis in eodez ca. vbi est semen. cana

pis dicitur emathites et sic erat in arabico.
Sceheterigi ara. fumus terre.
Scehedeni ara. canapis.
 go dicitur bicolor ex albo et citrino.
Taxus barbaficus a *Bya.* vocatur flõmos de quo
 supra in flõmos ab *Aluicẽ.* vocatur busuri sed in

arabico vocatur busfir. Plini. verbascum vocat
 eius quedam species tussillago vocatur z came
 leunte.
Teasti. g. sulfur liber de bot. greca teafinos sulfure
 us supra in thiodis.
Teda e lignum pingue vel pini vel abietis quo ru
 stici pro candelis vtutur antiqui nuptias sine ho
 rum lumine non celebrant.
Tesise apud Aui. est tapfia vt supra in tapfia.
Tesra. g. cinis q konis etiã dicitur supra in ko.
Teganistos vel tiganistos grece frirus. nam tiga
 non frizorium.
Teil arabice gramen sed grece agnostis theillum
 Ste. scripsit.
Teilon arabice buffo.
Teilule ara. veruce que et burache.
Teli. g. fenugrecum vel tili vt ipsi.
Theleson Plini. e portulace filis z caule z folijs
 rami a radice septē octoqz fructificat folijs cras
 sis carnosiss nascit i cultis z marie iter vites zc.
Telesion Bya. quod multi aizon agreste aut bzio
 dicunt. hec folijs z virgis similis e anadragni. i.
 portulace z inter ipsa folia z virgam velut fossã
 habet vbi sunt alie virge z super virgas ipsasbz
 folia molia z flores albos locis cultis z humectis
 nascitur z cetera.
Telgetron B. folia bz filia coriãdro z pigua vir
 ga est illi digiti bñs crositudinem z ceta.
Teil ara. in cirurgia Albacasin e pustula in palpe
 bris veniens similis veruce aliquãdo sicca alquã
 do humida.
Telu arabice in secretis B. in medicina ad sca
 biem e species vlceris.
Ten arabice lutum.
Tenantos grece est corda que in captribus muscu
 lorum aggregatur ex nervis quibus ipse muscu
 lus cõteritur ligameta vero dicunt qbuz ossa col
 ligatur iuicẽ sensu hec carent illa abundant.
Tenibul arebice apud Aui. in secundo alicubi te
 nub non recte inuenitur et est folium. sed quod i
 hoc ca. in textu habetur est firm est falsus textus
 nam in arabico habetur est calidũ sicut est i mar
 gine correctum in quãpluribus exemplarijs.
Tenia piscis Dau. capi. de artefica.
Tenubueli scripsit Ste. pro tenub.
Tenita Plini. suavis est gustus vetustatis in pa
 tiens semen eius lanuginis quod papon vocant
 quo detracto ex cortice teneritas filis cerebro
 palme est vocant ascalia et cetera.
Tenidium Dau. ca. de casu vmblici.
Tenin arabice draco.
Tenontas Bemo. nerui inquit ceruicis quos gre
 ci tenontas vocant.
Tenub. a. est species arboris pini sicut habetur per
 textum Aulicen. nam dicit quod ex ea fit pix sil
 uestris.
Theodoricon anacardinũ z euperiston a Theo.

do. auctore dicta antidota.
Theoritis grece inspector cõtemplator theoritiki
 inspectura theoritikos contemplatiuus theore
 tica contemplatiua.
Tepesistrisi exponit Ste. q est sermaci species.
Tepmptides ita vocat vlcus quia sticon in angu
 lo oculi ppeti humorẽ emanans Plinius.
Teptidon Dau. ca. de emoroidibus cecis de ci
 bis eorum.
Terapentica Cal. se. ca. de fluxu sanguinis nariuz
 medicamẽ quod Gal. in peuretiche therapentice
 .i. libris curationum z ceta.
Terapia grece curatio medicamẽ medella reme
 dium therapeno curio medicor.
Terapeuma remedium.
Terra egyptiaca Aleran. ca. de emigranea.
Terrabenedicta i anti. vlim in vngento alba stri.
Terra sigillata dicitur esse rubei coloris sicut pa
 tet per Aui. z per Bya. ca. de lenias frigidus. sz
 qua vtunt hodie subalbida est vt supra i lenias.
Terbintina est resina terebinti arboris vocata ra
 bice glutem albotin. z est scienduz q illa qua vtũ
 tur arabes est dure subẽ tribilis sicut apparet p
 Aulicen. i multis locis et per olios auctores ara.
Terebintus Plinius ex ea est mascula z sine fru
 ctu seminarum duo genera alteri fructus rube
 us lentis magnitudine alteri palidus cum vite
 maturescit non grandior saba odore iocundior
 tactu resinofus et cetera. terebintos dicit gcus.
Tereniabin. a. est species mane secundum q ap
 paret per Aulicen. z in libro de doctrina arabica
 scribitur tereniabin est man.
Teredo grece terezones vel teridones crosi ver
 mes q i lignis generatur terezon ipse vermẽ.
Teretir grece cicada.
Tireus. g. vpupa proferunt tireff.
Tergia in libro Bya. ca. de pepone vlcera sũt in
 modũ sãni contrita que greci tergia vocant z c.
 verum non ex dictu est Bya. naz illud ca. de li.
 Pl. minoris est exceptum.
Terrigia. g. est vngula que in oculo nascitur nam
 vbi apud Bya. est terrigia apud Serapi. ex oi
 ctu Bya. est vngula. veruz in ca. de dragontea
 exponitur a Bya. q sunt suffusiones tenues et
 suffusio e aqua quã kataractã dicunt. Dau. ve
 ro pterigiam. p. addito vngulam vocat.
Terma z lupinaria. g. lupini Dau. ca. s ex tenu
 antibus capillos teremon inqt crudoz machina
 torũ succũ zc. termesum dixit Step.
Termantica. g. calefcõria nã termos. g. calidus in
 de terme dicte loca subterranea calida.
Theronare Pl. magnifica herba z in nostro or
 beto nascit fructicosa folijs subuiridibus flore ro
 seo et cetera.
Telapiũ in anti. vlim in cõseitione mitridati expo
 nitur sinapis semen.
Tesara. g. quattuor. inde dyatesaron. i. de. iiii.

Tesalago a quibusdam vocatur salua vt in li. anti
 quo de simplici medicina sed tussillago puto.
Testiculus vulpis z testiculus canis species sunt
 satirionis vnde **Dyafo.** orchi quam cinosorchi
 dicunt. s. testiculum canis. orchi. n. grece testicu
 lus est.
Tetánica in aliquibus libris **Dyafo.** pro beonica
 quam vetonica vocant reperio.
Tetanū **Alex.** ca. de disinteria vt i trociscis **Mar**
 celli exponitur in antiquis synonymis q̄ est flos
 calcis z alij flos muri. in libro vero de doctri. gre.
 exponitur quod est calx z gipsum sed potius cal
 cem puto.
Tetanus **Dau.** est spasmus z ipse fit velut cōge
 latis corporibus z maxime circa spinam muscu
 lis a s̄o humore interius z exterius exite vnde
 nec sepifos infectere possunt. sed quando qui
 dem in p̄iore tenduntur parte corporis dicitur
 passio hec prostotonos cum vero in posteriora
 vocet opistotonos. cuz vero equaliter ad vtrā
 que tenduntur tetanos passio appellat̄ zc. teta
 nos dicitur. g. sed **Cor.** cel. scripsit titanos.
Tettir etiā sicut teretir cicada. g. vocatur.
Tetonicon **Dya.** folia habet similia edere vi. aut
 vij. paulo maiora spansa super terram desuper
 alba angulosa z viridia cum multis virgulis dua
 rum palmaruz flos est illi viridis z maxime ver
 no nascitur. basta ipsius tenuis est vt vir videri
 valeat radix est illi tenuis z inutilis aquosis locis
 nascitur zc.
Tetra. g. i. quattuor sicut tesera. inde tetraten^o id
 est quarta febris.
Tetrafarmacuz g. vnguentum de quattuor medi
 cinis quod z basilicon dicitur. i. regale vt **Joan.**
Serapi. ca. de vngentis in septimo.
Tetraith herba iudaica suprasanans vocant qui
 dam herbam que in vnguento marziaton ingre
 ditur.
Tetracuron. g. vocat̄ cucumer z aliter vocatur.
Tetraizus. g. **Las.** se. ca. de egitudinibus dentium
 sicut d̄ molaris dens quator radicibus herens.
Tetraspoda. g. quadrupedia.
Tetracion grece libella parua libra quadrans pon
 dus trium unciarum.
Tetrimmenos grece tritus.
Teucris **Dli.** hanc **Teucer** dicitur inuenisse cu
 ius virtus in splene reperta eo q̄ cū exta sup eā
 piccta essent fert̄ adhefisse lieni ipsūqz dissoluif
 se pp hoc a quibusdā splenion appellata ē a qui
 busdam vero heruineon spergit iuncos tenues
 folia parua austero sapore nūquā florez neqz se
 men gignit asperis locis nascitur. aliā eodem no
 mine appellat̄ ramis isopi surculosam folia. sibe
 hanc flozere non dubitant z cetera.
Teucrion **Dy.** herba ē virgas plenas h̄ns siles ci
 ceri multū i lilia nascens z in crete zc.
Teucis. g. loligo herba amara.

Teutblon **Dau.** ca. de satiriasi.
Tibapirium exponit̄ q̄ ē sulfur quasi cibapirus. s.
 cibus ignis sed male infra in thion.
Ticapsi **Dlini.** est duum generum vnum angu
 stis folijs digitali longitudine z latitudine in ter
 ram versis in cacumine diuisis cauliculo semipe
 dali non sine ramis peltarum specie semine iclu
 so lenticule effigie nisi q̄ infringitur vnde nomē
 flos albicat nascitur in semitis z sepibus semē as
 peri gustus alterum ticapsiz aliqui persico nomi
 ne vocat̄ latis folijs radicibus magnis.
Tifa in li. de doc. g. exponit̄ q̄ est filigo.
Tife. **Dli.** z pisa eiusdem generis est ex qua fit in
 nostro orbe oriza apud grecos est z yfia zc.
Tife **Dya.** folia habet cyperi similia virgam lenē
 supra quā virgam capitellū est floze plenū spisso
 in quo capilli albi sunt q̄ multi dicit̄ attelim.
Tifitas **Dlinius** sic vocant quidam quandaz ra
 narum speciem.
Tifancistrum. g. vncinus cecus quo palpebrē sub
 leuantur **Dli.** z dicitur a tifos.
Tiflos grece cecus.
Tyflites grece talpa eo q̄ ceca.
Tyflitis. g. cecula. serpens cecus ceseia.
Tyfomenos grece fumigans.
Tyson grece draco.
Trganon. g. fritorium vel te vt supra.
Tygmata **Demoste.** sunt linteola que vulnerib^o
 imponuntur.
Tilaticis z peritis z vritis fm **Dya.** vocatur que
 dam species spice celtice.
Tile dicitur sappa mustum coctum zc.
Tileos. g. fengrecū vt i li. sili **Almā.** z etiā **Dau.**
 verū in li. de doc. greca tili scribitur.
Tiligonus vel tiligonus vocat̄ a **Dyal.** spēs folij
 quā feminā vocant supra in fo.
Tilitaro. g. linteolū q̄ carminatur ad vlcera ipien
 da **Gal.** ad **Blauconē.**
Tilos. g. **Alex.** ca. de oculis quecūqz purgari gran
 des inqt cicatrices greci tilos vocant.
Tilosis grece peior asperitas palpebrarum ifra in
 tracoma.
Tilos liber dē doc. gre. calluz callositas dura caro
Dau. vero de tilos z ylos ca. facit.
Timalon quedaz species papaueris fm **Dliniū**
 supra in mecon.
Timbra **Dya.** herba est omnibus nota nascit̄ lo
 cis sarosis z aspis. folia similia thio hz sed mollio
 ra z stiptica z viridia tantuz pōt quātum thimus
 zc. sed apud **Ser.** ex verbo **Dy.** ē similis thimo
 sed folia eius sunt maiora z molliora z habet spi
 cam plenam floribus quorum color tendit ad ci
 trinitatem z viriditatez et cetera. vt supra z post
 parum quedam ex ea seminant̄ in ortis sed ē de
 bilioris opōnis. verum ē cōuenietior i cibus pro
 pter remissaz eius acuitatē zc. satureia a satyris
 d̄ vt supra i sa. ḡcus timuri dicit. arabs sabater

Timelea *Dya.* aut *camelea* multi istas cocogni-
 tion dixerunt q: maxime semen turbiscum e fructer
 virgas habz formosas. z omnibus noras na
 scitur locis asperis cum virgis plurimis tenuib⁹
 longitudine cubiti folia sunt ei filia camelee sed
 angustiora z pinguiora cum masticatione argillo
 sa z glutinosa flores hz z semen album rotundū
 in initio viride zc. *Pli.* timeleam alij cameleaz
 pirofachem alij enestozem alij theucoron et est
 similis oleastro folijs angustioribus glutinosis
 si mordeantur nirti magnitudine semine colore
 z specie farris ad medicinē vsūm aptum zc. non
 est camelea vt vides quāuis filijs sit ei in aliquib⁹
Ste. timelea est lema.
Timiana g. est ois confectio odorifera ad fumigā
 dum facta qd tñ moderni cozombro appropria
 uerunt qd e fer floracis liquidū.
Timea *Dau.* ca. de dolore pudendoz e species
 verucaz vt supra in acrocordines.
Timopsalmo g. confectio katartika que cum thi-
 mo fit apd *Dya.*
Thymos e spes veruce supra in acrocordines.
Thimos *De.* est extantia rubra atqz aspa in erte
 rioribus ptibus oculi gñata in tunice pme albedi
 ne siue in cartilaginosis locis vehementer ocu-
 lum pungens zc.
Thimon *Cor.* cel. timor noiatur qd super corpus
 quasi verucula eminet ad cutē tenue supra lati⁹
 subdurum z in sūmo pasperum idqz sūmum co-
 lozem floris thimi representat. vnde ei nomen e
 ibi finditur z cruentatur nōnūqz aliquātuluz san-
 guinis fūdit fere circa magnitudinē fabe egyptie
 est raro maius interdum per exiguz mō vnum
 aut modo plura nascuntur vs in palmis vs in in-
 ferioribus pedum ptibus pessima tñ in obscenis
 sunt maxime q̄ ibi sanguinem fundunt zc.
Timonia vocatur quedam species animonis de q̄
 supra.
Thimus *Dyascozi.* herba est omnibus nota fru-
 cter est folia habens angusta pusilla z oblonga in
 sūmo capitella hz in similitudine fornicarum in se
 implicata est humilis z ramosa herba cum duris
 ramulis z lignosis flos est illi purpureus nascitur
 locis asperis z saxosis zc. *Pli.* thimus flore sa-
 to nascitur nec durat nisi in afflatu maris propf
 thimum enim qd in attica regione abundat mel
 atticum sūme laudis in toto mundo est zc. z ali-
 bi thimū colligi oz in flore z vmbra ficcari. duo sūt
 eius genera. candidum radice lignosa in collibus
 nascens qd z presertur. alterum nigrius florisqz
 nigri zc. thimus vocatur arabice hasee. vñ *Ste.*
 thimon est hessa z dz charabuma z cefa. hessa p
 hasee scripsit.
Thimen apd *Alui.* est planta fortiter laxatiua sz in
 arabico est thimum.
Tin arabice ficus.
Tincar ara. bozar qd capistrū auri dī eo qd cū ipō

91
 aurifabzi aurum auro consolidant. *Alui.* duo ca.
 facit. vnum supra dicto nomine. aliud id quo au-
 rum adheret. cuius due sūt spēs. vna artificialis.
 altera mineralis zc.
Tinea corodit pānos z tinea caput. hec precipue
 vlcerosa est sup in alopitia.
Tinesmos g. tenasm⁹ tenasmon dīcimus.
Tinni g. tunus piscis.
Tinsa a. crocodillus vt in lib. de doc. a. est animal q̄
 drupes ingens sile stico in nilo flumine degēs in
 terraz predat interdū pecudes z vitulos *Alui.* de
 stinco duo facit ca. i vno dicit qd p̄t eum tinsa in
 alio qd parit eum crocodillus.
Thion dixit ste. sulfur vocari sed z theasi dī thion
 apiron surfur viuam quasi sine igne. ab hoc no-
 mine corrupte dī thibapirum thiodeos surfure⁹
Tipus añcedit calorem febris iterpollate inde tipi-
 ce febres tales vocantur.
Typos figura similitudo forma formula.
Tyrbū z zirbū *Jo.* Ser. ca. d̄ hernia e dictu tegēs
 viscera z est circūdans ea.
Thirialim greci vocāt pediculos palpebray *Cor.*
 celsus.
Tirion g. *Allex.* ca. de dyabate.
Tirogala li. de doc. g. serum lactis.
Tiros z tirion grece caseus.
Tiselim *Pli.* herba est non dissimilis apio.
Titanos li. de doc. g. est calx egypto zc.
Titanus *The.* *Pril.* libro d̄ simplici medicina e
 calx viua idem *Dau.* ca. de idropili sz li. de doc.
 greca vt supra.
Titbe g. mamille titbion mamilla vber.
Titimalus *Dya.* septem sunt eius genera. vnum
 masculus z caricias dicit a multis vero comites
 aut comisio appellatur. alterum est femina z carli-
 tes dicitur est z peralios aliud e quod elioscopos
 nominatur z e ciparifias z dendrodes z platiphi-
 los z mirsode aut anfilafres. ciparifias astas lon-
 gas habet cubito vno z ruffas z lacrimū visciduz
 z album folia sunt ei circa astas familia oliue sz mi-
 noza z angustiora radix eius croffa z lignosa est in
 astis eius come sunt similes iunco in quibus se-
 men est nascitur locis montuosis et asperis. femi-
 na vero quam carfitem dixerunt similis lauro est
 et alba folia eius familia sunt mirti sed maiora et
 angustiora et fortiora que in sūmo acuta sunt vt
 spinosa cuius aste longe sunt cubito vno semen-
 ter in anno profert fere nucibus simile mordens
 linguam. nascitur locis asperis. paralios titima-
 lus q̄ appellat nascit locis maritimis. astas vero
 habet duarum palmarum erectas et subruffas.
 vi. aut. vii. ex vna radice in quibus sunt folia mi-
 nuta et angusta et oblonga similia lino in astis ca-
 pitella sunt rotunda in quibus semen est rotun-
 dum sicut herbum et varium. flores habet albos
 omnis vero fructer lacrimum habet album et
 infinitum cuius virtus est similis supradicte. eli-

oſcopos vero qui dicitur folia habet andragne. idest porruace familia sed tenuiora z obronda z hastas duorum palmarum longas tenues z rufas cuius succus albus est capitella sunt ei multa familia aneto flore plena. semen est ei circa folia q̄ ad cursum solis conuertitur. vnde z nomē accepit. nascitur circa ripas z ciuitates z edificia seminis eius collecti z ficci sicut supradictum ē virtus est similis supradicto sed paulo fortior. Alterum genus quod ciparissias dicitur. hastas habet longas duobus palmis subruffas. folia sunt ei similia pino s̄ paulo molliora z tenuiora. vnde nomen accepit. nam et istud succum habet abundāter. illud vero quod mīsfodes et anfilafres dicitur. nascitur saxosis et asperis locis mltas comas habet et lacrimum infinitum et virgas obrufas in quibus folia sunt mirte sed oblonga et semē simile carieie platifilos vero folia habet familia z radicem flōmo. pithias similis est supradicte scilicet ciparisso titimalo. vnde et in numero titimali ponitur. astas habet in cubiti longitudine et longiores et nodosas folia acuta et tenuia similia pino et flores longos et purpureos cum semine lato sicut lenticula. radix est illi alba et croſsa lacrimo pleua. **P**li. titimalum nostri herbam lactariam vocant alij lactucam caprinam gīa eius multa primus cognominat caratbias qui et masculus extimatur ramis digitali croſſitudine rubris succosis. v. aut. vij. cubitali longitudine a radicibus folijs pene oleo in cacuminibus come iunci nascitur in asperis maritimis legitur semē autūpno cum coma siccatur sole tunditur z reponitur succus vero incipiente pomorum lanugine defraetis ramulis excipitur farina herbi aut ficis vt cū his arekat quinas autem guttas singulis excipiat is est. Alterum genus titimali mirticem siue mīrsinifem vocant alij cariorē folijs mirti acutis z pungentibus sed mollioribus z ipsum in asperis nascens colliguntur come eius ordeo turgescente siccatur in vmbra diebus nouē in sole inarescit fructus non pariter matureſcit sed pars anno sequente z nux vocatur inde cognomen greci dedere. Tertium genus titimali paliū vocat. folio rotundo caule palmum alto ramis rubentibus semine albo q̄ colligitur incipiente vua z sic catum teritur. Quartum genus elioscopon appellatur folijs porruace ramulis stantibus a radice. x. aut. v. rubētibus semipedali altitudine succo plenus. Quintum ciparitiam vocant propf foliorum similitudinem caule gemino aut triplīci nascentem in campestribus circa opida nascit semine albo columbis gratissimo q̄ colligitur incipiente vua. nomen accepit quoniam capita cū sole circum agit. Sextum platifilon vocant alij coribiten. alij amigdaliten a similitudine nec vllatiora sunt folia. Septimum dendroiden cognominat. alij cubion. alij leptafilon in petris nascēs

gumosissimum et omnibus maxime cauliculis z rubentibus z semine cupiosissimuz zc. titimalus a greco thithion q̄ est mamila ab exuberanti late dici puto.

Tisis. g. tabes macies squalor tisis.

Tlaphium **B**ya. de ipso duo facit capi. vnum talipfos de quo supra. alium de quo sic. **T**laphium siue vt alij sipis agrion siue vt latini scādalion. i. pes gallinaceus nascitur in tumulis z in vijs z super tegulas herba est minuta folia habet angusta duobus digitis longa z in sumo diuisa z pingua virgam in medio proferens duarum palmarum cum paucis ramulis in quibus semen fert latum simile coriandro obrondum z vtuti conquassatum vnde z nomē sumpsit. greci enim tlaste frāgere siue conquassare dicunt. florem habet subalbidum super tegulas facile nascitur. **C**ratebas sapiens perhibet esse alteruz genus tlapfij quod sinapi p̄ficū dicunt. folia lata habet z radices maiores zc. liber antiquus de superiori ea que hic z vltra folia sunt ei in terra fluentia. caule habet tenuem longum duobus palmis flore capitis subalbedo per caulem rotum semen nascitur z cetera. **D**au. de frigida epatis distemperantia potantem eos elixaturam tlapios zc. quidam alius antiquus liber dicit omnia. **S**te. tlapfij est orfū. i. nasturcium babilonicum.

Thoaretrium **D**lini. folia coriandri h̄z pinguiora paulo caulem papaueris nascit vbiqz precipue in campestribus zc.

Tocandeste in antidota. viim in confectione diamilac exponitur q̄ est piretrum z deus scit.

Tomentum **B**ya. capitu. de lana dicit tomentuz z purpura idest sericum comburū sicut lana est flupa.

Tomias. g. veruex.

Tomi. g. incisio diuisio.

Tonoticum. g. **A**lex. ca. de cerotis z epithimatib⁹ ad flōm idest confortatiuū corroboratiuū. **I**tem **C**as. se. capitu. de debilitate epis. **I**tem alibi tonitam virtutem confortatiuam dicit

Topacios. g. topacius gēma.

Topica grece localia **C**assius felix capitu. de polippo nariuz topica adiutoria idest localia topos ipse locus.

Tor supra in sassafe.

Tormentilla potentilla consolidā rubea species epitafilon similis pentafilo nisi qz h̄z. vij. folia sicut illa. v. radicem rubeam.

Tormentum planta cuius virtutes **B**yal. describit sed non formam

Torongi vel turon qualitercūqz dicas arabice citrum est.

Toron. g. yris celestis arcus.

Trachea grece aspera.

Trachea atteris **D**riba. illa. f. per q̄ aer atrabif ad pulmonē z est dictu aspa q̄ rustici gargalionem

appellant. z cetera.
Trachis grece asper. **Trachites** aspitans rigor rigiditas.
Trachillos. g. collum.
Trachites bleffaron. **Demo**. est aspitans palpebrarum in interioribus partibus puillimi feminis sumi lans extantias vt coriandri vñ milij adeo vt cum amoto pollice ipressam palpebram prime tunice fricaueris lacrimarum fluoz necessario seqt zc.
Tracomanes **Idi**. est adiatio filis exilius z nigri folijs lenticule densis hamatis inter se.
Tracoma. g. aspitans palpebrarum apud **Idau**. proprio ca. q. cum aucta fuerit z quasi tunicas hñs si cus appellatur pfeuerans aut tilosis dñ. sz **Eller**. grandes cicatrices tilos vocat.
Tracon **Idi**. asia fert silue scorpionem vocatum vepre sine folijs ramis subeuntibus ad vsum medicine aptum zc.
Tracoma grece epithimia vt in practica greca filii **Almanfor**. capitu. de fluxu ventris et concordia vtriusqz zc.
Tragakanta **Gal**. in libro de alimentis inter herbas spinosas que comeduntur nominat z est victu yrci spina.
Tracus **Ori**. que sunt ex farris crossa vocat tracus.
Tragagantum **Bya**. radix est lata z lignosa virgas habet breues z fortes z sup terram decliues in q bus virgis folia sunt plurima z minuta q circa se spinas multas z subcelatas habet que spine albe sunt z fortes radix eius cu maturauerit ferro percussa lacrimum emittit qui in sole coagulatur et tragagantum appellatur. **Eugendum** est tragagantum album z limpidum z lucidum z dulce et leue z mundum. virtus est ei similis gummi z pare plauistica zc. **Idi**. ni. tragagantum espie albe radice multum planta apud medos z caucasum nascitur zc.
Tragano. g. callosam cartilago.
Tragas **Idi**. q. aliqui scorpionem vocant semipede alta fructuosa folijs pusillis racemis rubentibus grano tritici acuto acumie z ipsa in maritimis nascens zc. **Bya**. tragos aut scorpionem aut tragatu nascitur locis maritimis fructus est super terram longitudinem palmi vnus habens aut amplius asta est ei sine folijs in qua in summo velut acinas minutas z ruffas sicut triticum acutum multum z gustu stipticum zc. est iuncus marinus.
Trageon siue atragonis supra in at.
Tragerifion. g. capriolus tragerifos capra.
Tragemata liber de doc. greca escaria apud **Eller**. sunt ea que comeduntur in secundis mensis vt fructus maxime habentes testas velut nuces z auelane z siles z pnto q ab hoc dicat tragea puluis s. seminum z sperum traginata aliquando inuenitur z est vt grecus. **Gal**. li. de alimentis tragemata autem noio q post cenam comeduntur gra

delectationis q est adbibere.
Tragion **Idi**. fructus e quem sola creta insula gignit terebinto silem z seie zc.
Tragion **Bya**. nascitur in creta sola folia z astas z semen filia bz z acina sed minora oia affert semine cimino sile zc.
Tragion altera folia bz filia scolopendrie z radix est illi alba z tenuis filis radici agresti zc.
Tragopone **Bya**. q. multi comi vocant herba est habens virgam in medio z folia filia croco radix e illi longa z dulcis in qua virga pfert semine nigru hec a multis comeditur zc.
Tragorinus vt tragoriganus **Bya**. fructus est filia serpillio agresti sed latioribus folijs z glutinosave hementer atqz virtute potentior. z est alteru genus minora habens folia z semen que marubiu aspzaon ab aliquibus dicitur. sed optimum qd in cilia nascit z creta. folia sunt ei filia sansuco zc. apud ser. inter spes origani scribitur sonat ex noie origanum ircinum.
Tragos. g. ircus.
Tragos apud **Byasco**. iuncus marinus supra in tragas.
Tragos apud **Byas**. vocatur quedaz species spongie in ca. de spongia.
Tragos **Gal**. in libro de alimentis est inquit semine simile condro multo autem minus nutritiuuz q zea qz multum habet qd paleare propter quod z difficulter elaborabilis e z ventris mollificatiu zc. gna qbus panes fiunt ipsum describit **Byas**. sile est condro.
Traulus dñ q deficit in pferendo. r. elementum et est grecum. sed **Oriba**. in comento afforsimozuz exponit blesum z **Idapias** blesum dicit balbum verba frangentem. l. zc.
Trauma. g. vuln. traumata vulnera traumata medicine dicamina grece vulnera subsanantia **Bya**. ca. d. felle caprino.
Traumatica et vulneratiua grece.
Tri sunt ex pasta azima sicut fila longa z vocat arabice atria.
Trialis vocatur quarta spes flomoz earum quas **Bya**. describit supra in fl.
Tribulus **Byasco**. genera eius sut duo sicca z humidus. sicus vero folia habet similia andragne sed teneriora asse sunt illi longe z tenues exporecte z dure in quibus spine nascuntur. nascitur locis fluuiatibus z desertis. humidus vero qui dicitur in fluminibus nascitur cuius vel coma super aquam extenditur cui folia super natat spinas vero cellat in aquam folia latiora sut z oblonga. asta eius in intio. i. in summo crossa est ceteruz ad radice tenuis habens in se tenues spinas sicut spica semen est ambobus. **Idi**. ni. vnus genus in ortis nascitur alterum in fluminibus tantum z cetera. apud nos in littoribus abundat vnde marinus dicitur grecus triuoli dicit arabes ascerb.

Tribiscus supra in camelea
Trichachis **Pl.** trium inquit est centatium i co
 gnomine trichachis succam sanguineum mittit
Theofra. a trachate accipitrum genere nomē
 accepisse dicit zc.
Triches. g. capilli inde trichiasis.
Trichiasis **Be.** est inclinatio palpebre capillozum
 naturalium siue adnatoz ad inferiores ptes. It
 alibi veteres medici ad nationem capillozum tri
 chiasim vocauerūt. laxamento aut palpebra di
 missa profima appellauerunt. ex pte autez facta
 inuersatione scilangosin dixerunt cuz naturales
 capilli iterius inclinantur.
Trichocola. g. dī medicina faciens adherere pilos
 in palpebris. vt **Dau.** ca. de ea re. z est nomen
 cōpositum a trichēs z cola.
Tridagna dicit **Pl.** vocari quoddam gñs ostrea
 rum marinarum magnarū adeo vt ter moxden
 da sint.
Trifera grece delicata.
Trifilon. g. trifolium. arabēs interdum corrupte di
 cunt tarafilon vt apō **Ali.**
Tridakina vocatur. g. lactuca a **Sa.** in li. de alime
 tis tridar qdam inquit. alterum qōdam olus sil
 uestre tridakinam noiant multum secus vias na
 scens in altis fossatoz z adhuc apō vocatus liba
 das est puum illud olus sile siluestri lactuce hñs
 amaritudinem aliquid maiorē cū plus augmenta
 tur maxime in stipite.
Trifolium **Bya.** de ipso tria facit ca. vnū sub hoc
 nomine. alia duo in l. līa. sub hoc nomine lothos
 de qbus supra in lo. de quibus vltimis in ser. vnū
 est. ca. sub hoc nomine andachocha. Quicē. vero
 omnia tria ca. **Bya.** in vnuz confundit sub hoc
 noīe andachocha z hoc apparebit diligens vtri
 usqz textum consideranti z sic sciri potest q an
 dachocha. a. est trifolium quāuis arabes vnā so
 lam spēm trifolij vocant andachochā fm q mi
 hi onīa fuit ab eis. **Bya.** in ca. de trifolio sūt tri
 folij inquit genera sunt. x. vnū appellant trifo
 lium trigonum vī polifilon qō latini trifoliū odo
 ratum dicunt. trifolon. siue oraxida vī orifilon dī
 latine trifolium acutum. tertium trifoliū elemati
 des appellat. siue ptamenon. quartum trifolij
 lagoceron dī latine trifolium leporinū. fructex ē
 longus minus cubito vno virgas tenues hñs i cir
 cuitu. z folia in silitudinem lupini nigra z tamen
 molliora singulis virgis. tria folia p singulas ad
 nodationes hñs coma eius in initio folioz odo
 rem rute reddit q cū creuerit aspalto silis in odo
 re est flos est illi puus z purpureus. ex quo semē
 pfert latum z aspum in extremo longum radix
 est illi oblonga z fortis virtutis acerrime zc. hec
 spēs quarta vocat a qbusdam modernis planta
 leonis z herba flaura. de hac **Byas.** psequit vir
 tutes in illo ca. z hec est q qua ēt **Ali.** psequitur
 virtutes ca. de andachocha. **Pl.** trifolij tria sūt

genera infantes vocant greci p̄muz alij spaltion
 maiore folio alterum acuto oxitrisilon. tertius ē
 minutissimum zc.
Trifolion qō in maritimis nascit̄ saxis vbi allidit vn
 da neqz in mari neqz in sicco folio satis crossiore
 palmo alto in mucrone diuiso radice alba odora
 ta crassa calida gustu zc. **Pl.** vide ca. de tripofi
 lon infra an sit idem.
Trigias grece tartarum trigia sex amurca z sex om
 nis.
Trigon. g. turtur in anti. vlm in confectione dicta
 neforcatrati trigona. i. turtur.
Trigonion bunion apō **Bya.** est secūda spēs ber
 bene in ca. de gerobotano.
Trigonius piscis marinus cui punctura aculei ve
 nenosa. is a **Loz.** cel. pastinaca vocat̄
Trimineū frumentū exponit apō **Bya.** ca. de fru
 mento qō trium mēsum. i. trimestre.
Tripansion. g. trepanum.
Triplicatum **Ali.** ca. de cura apostematuz vesice
 calidoz in quodam emplastro vbi ponit triplica
 tum. **Rafis** in li. diuisionum in sili emplastro nec
 plus nec minus ponit rob supra in rob.
Tripofilon z alij tripolion z apō **Serapio.** tariaco
 nion vī triconion vī tricomozī. **Bya.** nascitur lo
 cis maritimis. i. littorib⁹. ipse folia habet apio si
 milia z crossa z astam longam duobus palmis in
 capite diuisa flozem dicit mutare ter in die. naz
 mane colorem album facit media die purpureuz
 sero senecum. radix est illi alba z odorata virtus
 est illi calidissima z gustu similis z cetera ē turbit
 vt patet per **Serapio.** capitu. d. turbit inquit ta
 riconium **Bya.** est planta que nascitur in littori
 bus maris i locis scilicet quos mare cooperit qñ
 vero est tranquillum non tangit. folia similia fo
 lijs arfatis nisi quia sunt crossiora habet stipitem
 duobus palmis longum diuisum in sumitate et
 dñt q flos eius mutat colorem ter in die. nā ma
 ne est album meridie declinat ad pupureuz. i. ve
 speris vero fit rubeus. radix eius odorifera alba
 que quando masticatur calefacit linguam z cesa
 vt **Byas.** in antiqua translatione. vide supra in
 trifolium marinum ex verbo **Plini** an sit idēz
 cum hoc.
Triptos a **Byasco.** vocatur vinum creticuz in ca
 pitulo de vino.
Trispermon cataplasma ex seminibus trib⁹ **Dau**
 lus capitulo de colica. Itēz aliud trispermon de
 alijs tribus seminib⁹ q capitulo. se. facit ad quot
 tidianam.
Trifogus exponit in antidotario vniuersali q ē ca
 mederos.
Triuolus grece **Stephanus** est esquium arabi. et
 est chachabum voluit dicere hācech z est tri
 bulus.
Trixa herba a **Cornelio** celso laudatur in pleuresi
 z puto capillum veneris supra in adianto.

Trix trichos grece capillus.
Trociscus dicitur a trochos greco q̄ est rota vel ali quid sise rotundū **Cassi.** fe. rotulas q̄s greci tro cisciscos vocant zc̄.
Trociscus balaustic⁹ **Alex.** ca. de trociscis ad disin teriam in disinteria.
Trociscus dyacoralion ibidē. Item in antidotario ca. fe. Item in antidotario vlim.
Trociscus dyaellectrū **Alex.** supradicto ca.
Trociscus diaspmaton ibidē z v3 ad multa.
Trociscus crocudes ibidē z est multarum laude.
Trociscus clodion vel elidion ibidem.
Trociscus ad disintericos emoptoicos z fluxuz mē struozum ibidem.
Trociscus marcelli ibidem.
Trociscus faustini ibidem.
Trociscus sine opio z calce ad idem ibidem.
Trociscus trigonus idē ca. de emigranea collerica
Trociscus musa **The.** **Pri.** z ca. de fistula ani.
Trociscus dyasimpbitū **Cas.** fe. ca. de emoptoica:
Trociscus ygia ad tussim. **Alle.** ca. de tussi
Trociscus amazō **Alle.** ca. de medicis ad s̄m s̄m
Trociscus dyasifalidos **Alex.** ca. de trociscis in an tidotis ad flegmōem renum z vesice. **Itē** **Cas.** fe. ca. de renum dolore.
Trociscus yrocapius. i. suffumigatori⁹ capi. fe. ca. de tussim hūmida.
Troco. g. rota inde trociscus. i. rotula vel ēt q̄slibz rotūdum sic dicitur in miratrochiten a rotundi tate vbi supra.
Trofas. g. alimētam trofi cibus epulūm victualiū esca trofia alimēta inde atrofia sine alimento.
Troglytis vel troglites v̄l troglitidis in li. de doc. g. exponit q̄ est passer in foraminib⁹ domoz z pas serem vocat oēm auiculaz puam z d̄ a trog q̄ est p̄pe foramen domus.
Trogo grece comedo.
Trombos. g. glomer globius alicuius rei glomera ton inde trūbus sanguinis. i. glomeratio sangui nis **Cas.** fe. ca. d̄ fluxu sanguis nariū globulos s̄a guis quos greci trumbus vocant zc̄.
Tropicos. g. tropicus cōuersus.
Tropogogon q̄ alij cōium vocant caulem h3 puū solijs croci radice lōga dulci sup caulem calice la to nigro nascit in asperis zc̄. **Idi.** zc̄.
Troxima. g. est q̄ **Aui.** vocat taraxacon ē spēs en diuie siluestris s̄m **Aui.** **Pau.** in calida distēpan tia epis z alibi ēt admistrat: sub hoc noie troxima **Item** **Alex.** ca. de calida passiōe epis z in egritu dimibus epis. exponit in antiq̄s synōis q̄ est sca riola q̄ v̄ p̄ **Aui.** ca. de cura ydropisis calide cuz fe. ē inq̄t alia daid̄ armata itelligo sp̄inal h̄is. nā cōsuetudo ē arabū vocare herbas spinosas arma tas. z moderni distingūt inter latucā agrestem et scariolā. q̄ scariola spinas h3 in dorso: **Rasis** in ij. **Allman.** inter olera troxima ponit.
Troxalis. g. grillus.

Tubel ara. s̄q̄ma seu batitura cuiusq̄ metalli q̄ ca dit ab icude q̄n maleat q̄. g. lepidos vocat vt su pra in le q̄ ex ere ē. v̄ vnus nāc cū ere v̄sto. nam purgat aquam citrinam vt ip̄m.
Tubera gen⁹ fungoz. **Idi.** tubera nascūt v̄ndiqz terra circūdata nullisqz s̄bris nira. aut saltē capil lamentis nec v̄triqz extubāte loco in quo gignitur aut rimas sentiēte neqz ip̄a terre coherent corti ce ēt includunt vt plāe nec in terra eē possimus dicere. neqz aliud q̄ trē callū siccis hoc fere z sa bulosis locis fructicolisqz nascunt excedunt sepe magnitudinē mali corōei ēt librali pondere duo eoz grana arenosa dentib⁹ inimica z altera sine ra distingunt colore rufo nigroqz int⁹ cādida z c̄.
Tuber tre romani dixere ciclamen z qdā anuētū vocant **Idi.** supra in ci.
Tudo q̄ ap̄ **Zui.** ē q̄ a **Dya.** orminon. s. in oz.
Tufab. a. l. tofab p̄ōa. l. mala. ste. tufabū scripsit.
Tumbalum p̄ tubel **Ste.** scripsit.
Tumbel aliq̄n p̄ tebul iuenit. z ē foliū quo vtimur vt supra in ten.
Tūsilas vocat **Ori.** amigdalas q̄ in faucib⁹ appa rent ip̄asqz easdem vocat paritias **Pau.** ait pa rismias forte corrupta scriptura
Turiōes d̄nt teneritates sumitatū arboz l̄ arbusto rum vt vitium z s̄lium **Cas.** fe. ca. de disinteria.
Turdilli semē in antido. vlim in miridato minorā qdā exponunt herbe passerine s3 v̄triqz ignoro.
Turna. g. lupus piscis q̄ z lutius.
Turhie dicit **Zui.** q̄ est armoniacum.
Turungē ara. est dictu cittaria z est āt mellissa aut ozimū citratū q̄ h3 odorem citri. **Et** ego vidi il lud z extio q̄ eiusdē sit virtutis cum mellissa q̄re de quocūqz dicat non refert.
Tussilago q̄z cameleuce d̄ spēs ē taxi barbauci s3 **Idi.** vt supra in came.
Tus **Dya.** lacrium ē arboze q̄. g. liban⁹ d̄ q̄ āt de arabica desert cādidiū ē q̄ vero de india subrustū sed v̄trūqz masculus ē z frū minutū valde z rufū de quo mānis maxie fit est ergo optimū thbus. q̄ masculus d̄ subalbidū z rotundū z p̄gure z nālī lene z fragile. z q̄ ad ignē cito accēdet odore sua nem copiose emittēs. z ita māna thuris eligenda ē alba z mūda z frustra minuta h̄is. **Idi.** i. ara bica f̄giōe d̄cā sabath⁹ colligi dicit cesa vt **Dya.**
Tusuch ara. nomē ponderis granoz duoz z semis **Ra.** in li. diuisionū ca. de sonitu z tinitu aurium. facto a leuitate capis.
Tut ara. mox celsi tutum. **Ste.** scripsit filr.
Tutramenis supra in aldatamin.
Turbit supra in tripofilon.
Tutie nomen cadit sup tres res. p̄mo super id de quo **Aui.** p̄p̄m capitulum facit sub hoc nomie tutia. z **Dy.** sub hoc nomine p̄nsolix cui s̄t due spēs. vna quaz d̄ p̄nsilix a **Dya.** alia spodiū q̄ ab **Auicē.** dicitur succudus z ambe sunt fuligo ex fumo eleanato in fornace in qua sit auricaleum.

z leuatur ille fum⁹ a lapide calamiari quo es tin-
gitur z fit auricalcum zc. ponfiliu suba leis val-
de vt scias ex fumo densato ee sed spodius e gra-
uior: adeo qd ascendere non potuit in superiorib⁹
foznacis sed refedit inferius vt supra in pomfiliu
secudo cadit super dictum lapidem calaminare z
z est gleba inter lapis z terre substantia dicta kli-
mia ara. kadimia. g. z kalamia latine vulgo. **Q**d
aut ex hui⁹ fumo fiat tutia vera an p. xxviii. aza-
rauij qd est de preparatiõe medicinaz. tertio ca-
dit nomen tutie sup quadam rem graue cortico-
sam intus lenẽ ex aspaz granulofam metalofam
q vt fieri in eisdẽz foznacibus ex diuturna coadu-
natiõe z densatione supradicti sumi seu saliginis
super aliquas reas rotundas vt apparẽt ipsius for-
ma de qua forte voluit dicere **Bya.** in ca. de ka-
dimia vbi dixit qd qdam ponunt ferreas hastas
qbus adheret fumus. qd autẽ ipsa generet ex la-
pide calaminari scitur p hoc qd opifices q tingunt
in auricalcum deficiente calaminari lapide cum
ipsa tingunt es z multo melius qd ex dicto lapide
z nil mirandum cu ipsa sit iam deputata p subli-
ationem ab oi alterius admixtõe z nisi qd sumptu-
osior eẽt cum ipsa sp opus facerent. **Aluicẽ.** vero
vt nomen tutie coicare etiam fumo eris qn puri-
ficatur. asserit tñ qd illud qd ex clia sublimatur e tu-
tia bona. veritas autem huius apparet per **Se-
rapio.** ca. de tutia.

Littere vocalis figurã greci
non hnt sed faciunt eam ex
oy dypthongo. interdus tñ
iungunt ambas z hãc figurã
faciunt. arabes vero vt iam
dictam est. nec. o. nec. u. hnt
sed vnam lram medium so-
num inter. o. z. u. hntem qd

dao vocant. p hanc scribunt oard qd est rosa ro-
aril qd est stello. vtz translatores assueuerunt ei⁹
sonũ velle expriere p. g. z scribit guard z guaril.

Akchi. g. bacca cuiuslibet arboris.

Alanon. g. glans.

Aleriana su amantilla potentilla idẽ supra in fu.

Alappa vinum, vile qd pdidit vigorẽ cuius vis eua
porauit.

Alde bona alia alba. alia nigra folia fere vt olixa-
trum radice croffa gumosa z odorifera.

Alapozũ vñ curata alexandrina fit zc. **Byal.** apd
Aluicẽ. e papyrus z est burdi ara. de quo supra in
pa z bu.

Alardelheb Ste. est quegenum z est bratachion. i.
apium raninum.

Alari lenticule ephelide defedationes cutis sunt q
maxie in facie apparent plus fernis **Cor. cel.**

Alatos grece rubus.

Alatrachos. g. rana yatrachi rane.

Alatrachi kampite. g. agradule rane pue que i cam-
pis degunt.

Acuen apd **Alui.** est achauen sic melius pfertur.
nam ipsum in lra alif scribitur. **Step. acauanum**
scripsit supra in ach.

Adimi zimi apam flanticum.

Aela **Bya.** herba est folia maiora habens qd eru-
ca sed non dissimilia z florem violazeum semẽ e
ei velud in folliculis oblongis ordine stipatũ. put
nasturtij gustu calefactorium z submordens su-
pra in a.

Aenerea apd **Bya.** df acorus supra in a.

Aepres spine. p rubo sepe accipitur.

Aeratrũ e elleborus vt **Alacer** ca. de ostructio.

Aerbascum vocat **Plin.** tarum barbactũ cui⁹ que
dam spẽs vocatur tussilago z cameleuce supra in
suis locis. **Itez** alibi e inquit herba similis verba-
sco que fallit sepe. p ea capta pp filitudinez folijs
tñ minus candidis cauliculis pluribus flore luteo
hoc rome blactaria vocatur zc.

Aerbena berbena gerobotanũ z pisterion idem.

Aerdacia in pratica **Bertrandi** ca. d egritudinib⁹
aurium df tarus barbascus.

Aermicularis e sempiuua minor. g. aizon minor vo-
catur vt apd **Bya.**

Aerminatia q. g. gierobotanum df liber antiquus
de simplici medicina.

Aernix gũmi qd ara. sandaros vocatur z a multis
corrupte sandaracha. sed sandaracha. g. est auri-
pigmentum rubeum. due sunt vernicis species.
vna minutis glebis albidior. alia maioribus fru-
stris latis ad colozem pallidum tendens quas ho-
die fere omnes pro karabe ponunt z fallunt. naz
karabe non sic facile in oleo feruenti dissoluit vt
hic. multi enim pictores carentes prima spẽ hãc
preparant cum oleo lini ad picturas perficiendas.
qd de karabe fieri non posset. virtutes tamẽ am-
barum. prime sunt.

Aertanum vocat eliotropia verucaria

Aerucaria hoc nomen multis plantis attribuitur.
dicunt verucariam eliotropium de quo supra in
el. z dicitur verucaria quedam que coriandrum
agresse vocatur.

Aeruce **Las.** se. fm grecos tres hz dñas. nam dicitur
acrocordines. **Itez** **Cor. cel. li. v. d** verucis
circa finem li.

Aerzition. g. turdus piscis.

Aesala qua siri moli vel vocat. est harmel vt
supra in ha. in antiquis synois reperi banface qd
est spẽs rute agrestis

Aetonica **Plin.** vetoes inuenit in ispania eã que
vetonica dicitur in gallia. in Italia vero serrata
a grecis cestros aut picotropon. siue psicrotero.
aut coficas laudatissima exit angulosa caule cubi-
torum duorum a radice spgens folia fere laparij
serrata semine purpureo folia siccantur in saria
plimos ad vsus z cetera. **Liber** antiquus veto-
nica habet radices aliquatenus ad digiti crosfi-
tudinem z longas ramulos quadratos folia qñ

quercus suauiter olentia florem purpureū semē
circa ramulos in circuitu in modum spe nigrum
nascitur in pratis z montibus zc.

Venetus supra in kianeos z in ceruleus.

Vena terre supra quianos.

Vicapnica siue camedafne supra in cāe.

Vichelos vel vichilos. g. tussis nos transferentes
vita in. b. nostrum dicimus bichelos vichi tussis
vel bichi vñ bichichias pillulas z quascunqz me
dicinas ad tussim dicimus vix et dicunt.

Vigi z ygumi. Ste. p acoro scripsit zc.

Vilitionis semen. i. ameos **C**assi. se. ca. de morbis
epiz z de disinteria.

Vincetoxicum q̄ antifarmacuz d̄r planta que mul
tum iuxta elleborum nigrum inuenitur quare pu
tatur sibi ōria.

Vincta a dya. vocat epimediū supra i epimediū.

Vina diuersa p **D**y. scribunt que hnt diuersas cō
positiones z artificia z virtutes.

Vinum aduiciū fit p admixtionem aque cū vino
nouo z simul coquūt.

Vinum creticum fit ex uuis i vite passatis postea
exp̄ssis z ē dulce z vocat triptos z ptopas.

Vinum crissum **A**lex. ca. de collinis ad visuz ē co
loris auri z sic sonat nomen.

Vinum fallernum fm **D**ya. d̄r **I**talicum **P**lini.
campanie dicit tale optimum.

Vinum omsacinum a **D**ya. eius intentio est non
maturum **D**ya. duobus modis dicit fieri. vnuz
q̄ sit ex uuis semimaturis aliud q̄ sit ex pusca p
decoctionem vsqz ad tertiam z hoc vocari poti
lion dicit.

Vinum p̄ticum q̄ hz dulcorem admixtum

Vinum pituinum q̄ resinam pituinam hz.

Vinum mellite q̄ p admixtionem mellis fit.

Vinum s̄lliticum q̄ sit cum s̄lla vt docet.

Vinum q̄ cum aqua marina fit.

Vinum enanticum q̄ sit p admixtionem enanti. i.
flosis lambusce.

Vinum rosaceum q̄ cum rosis fit.

Vinam mirtinum cum quo coquuntur sumifates
mirti cum baceis suis.

Vinum sciminū q̄ ex cuni. i. lentisco s̄lr z tribetinu

Vinum cedrinum q̄ cum cedria.

Vinum palmeum q̄ cum dactilis.

Vinum absinthiatum q̄ cum absinthio.

Vinum isopatum q̄ cum isopo.

Vinum kamedritem cum kamedreos.

Vinum traconitem cum ea herba.

Vinum dipfamitem cum diptamo.

Vinum prassiten cum prassio.

Vinum nectareum cum enula conficitur

Vinum assarite cum assaro

Vinum nardi cum ipso.

Vinum daucinum cum radicibus dauci.

Vinum elilifagum cum salua.

Vinum aboroniuz q̄ sit laxatiuū cum elleboro v̄

scamonea q̄ z catarticum d̄r. hoc solum fit ipo
sito aliquo laxatiuo medicamine in vite cum in
seritur cetera supradicta fiunt cum musto z illis
rebus.

Vinum mandragoratz cum cortice mandragore
hoc **D**ya. z alia vina docet ex fructib⁹ expressis
que q̄ vult scire ibi inueniat. Sunt z alia vina a
Pli. noiata diuersorum generum vt que deu
teria greci vocant. que nō vere vina vocari pos
sunt vt cum decima pte aque addita vna musti
expressa fit. z ita nocte z die madefactis vinacis
rursusqz p̄elo subiectis hoc lozam vocant. altez
autem vt cum tertia pte aque eius q̄ exp̄ssus
est z vinaceis z maceratis vt supra i vinaceis ad
dita q̄ est exp̄ssum coquunt ad tertias partes.
tertium vero ex fecibus vini exprimitur q̄b seca
tum appellant.

Viola **D**ya. tres spēs hz. est vna ex his alba. altera
purpurea. tertia aurosa zc. **P**li. viole plura ge
nera: purpuree lutee z albe plātis omnes vt ho
lus fate. ex eis vero que sponte z apicis locis ma
cris pueniunt purpuree latiore folio statim a ra
dice carnosa exeunt soleqz greco nomine a cete
ris discernūtur appellatē hyacinthi z ab eis iacin
thina vestis satiuis maria auctoritas luteis. **B**ñā
his tusculana z que marina apellatur folio ali
quāto latiore sed minus odorato in totum vero
sine odore minuto folio calatiana minus autūpnī
ceterē veris. prima ei caltacon colorū amplitudi
ne vincit folio numero foliorum marinam qnqz
folia non excedentē eadem odore superat. ē aut
grauis acalta zc. **I**tem alibi de viola alba inquit
vere primo emittit deinde q̄ appellatur purpu
rea proxime flamea q̄ z floxos vocatur siluestris
dumtaxat zc.

Vipina dragontea seu serpentaria idē fm quosdaz
Verū in libro antiquo aliā vidi depinctā planta
gini similit̄ auctiorib⁹ tñ folijs nascit iuxta flumina
aut segetes folijs mollib⁹ gustu aspero.

Virga pastoris polygonia grece sanguinaria corigio
la centinodia geniculata p̄serpinata pollicarpos
idē vt sup̄ i poligōia ste. polygonos virga pastoris.

Viride eris erugo eris nō flos ei⁹ vt supra z infra in
zimar. ara. ios grece.

Virfodeptica **P**au. ca. de ruptura inguinū supra
in kakos.

Viscidū. g. mordicatiū p̄gēs liguā acuti saporis.

Vitriola vel vitrago idem

Viscus **D**ya. lacrimū est arboris lene z viridis co
